HIEROCLES
DE
PROVIDENTIA

1673

20659/1 E Libris Gu. Grey
2 Wh n

Ralph William Grey,
BACKWORTH.

28659/A

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΥΠΟΜΝΗΜΑ
ΕΙΣ ΤΑ ΤΩΝ
ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ

ἔπη τὰ χρυσᾶ.

HIEROCLIS Philosophi Commentarius in Aurea PYTHAGOREORUM Carmina.

JOAN. CURTERIO Interprete.

Quæ vero alia in hoc volumine continentur versa pagina indicabit.

LONDON.
Printed by J. R. for J. *Williams* in *Cross-keys* Court in *Little Britain*, and are to be sold by *Henry Dickinson* of *Cambridge* Bookseller. 1673.

Habes, Lector, in hoc volumine

Pythagoræ Carmina Aurea.
Ejusdem fragmenta quædam metrica.
Item Epistolam & Symbola.
Hierocles vitam.
Ejusdem in carmina aurea Commentarium.
In eadem Th. Marculi Adnotationes.
Notas Sylburgii in eadem.
Hieroclis demum Facetias notis illustratas.

Vale, & fruere.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PRÆFATIO
AD
NOBILISSIMUM VIRUM
D. Franciſcum Rupifucaldium, Randanum, Trenorchii Abbatem.

MEminiſti, arbitror, *Franciſce Nobiliſſime*, quo tempore tu fruſtréſque tui in ſcholis verſaremini, egoque ſtudiis veſtris præeſſem, monuiſſe me ſæpiſſime, poetas ſcriptorum genus eſſe non ſoluni antiquiſſimum, ſed præſtantiſſimum etiam atque ſuaviſſimum. Quorum quidem alterum ita omnibus notum eſt, ut nihil quicquam habeat dubitationis. De altero vero etſi controverſia remanſit aliqua; non dubito tamen, propter ingenii judiciique tui magnitudinem, quin idem mecum per te, ex Græca præſertim lectione, qua maxime delectaris, poſtea deprehenderis. Quem enim non in eam ſententiam pertrahat divini Platonis autoritas, ubi παλαιὰς κρείττονας ἅμα, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν γεγονέναι adſerit? At iſtud etiam vel natura duce tantum, nemini dubium eſſe queat, niſi qui depravato guſtu, ri-

vis potius quam longissime à suo capite distantibus, quam fonte ipso delectetur. Eo præterea in poetas, præsertim veteres, animo semper fui, ut ἀμεσόν τε καὶ ἄχαεινν exsistere eum mihi facile persuaderem, qui ab illis abhorreret; in quibus solis, sive res sive verba consideres, literarum delitias & quasi condimentum haberi, quoties mihi de iliis vobiscum sermo incidisset, affirmare non dubitarem. Quod si cuiquam jam videatur à ratione alienum; advertat, quæso, Musas ipsas, earumque parentem Apollinem, poetarum tantum suscepisse patrocinium: sive quia primi eas coluissent, sive etiam quia scribendi ratione cæteris longe præstitissent. Cum enim cultum eorum qui bonorum omnium nobis autores fuerunt, sequi debeat grati non solum animi significatio, sed imitatio etiam, quantum fas est mortalibus; qui majus id, quam poetæ ipsi, præstiterunt, qui primi ἀχαειτίας odium divinis laudationibus professi sunt, quique divinam benignitatem imitati, tam multa in omni scientiarum genere ad hominum utilitatem posteris monumenta reliquerunt? Nihil enim in rerum natura vel dici, vel cogitari queat, quod non ita poetæ imitati adsecutique sint; ut cum summis postea Philosophis præclare agi visum sit, si quæ ipsi fusius, aut popularius deinceps, alio orationis genere explicassent, eorundem versibus, tanquam oraculo aliquo, confirmarent.

Hinc

Hinc illa in philosophorum oratorumque scriptis, poetarum veterum, tanquam gemmæ in annulis, lectorum mentes in se convertentia testimonia. Ac ne quis laudem carminis summos viros, qui poetas primos secuti sunt, neglexisse existimet; videat etiam nullum usquam vel oratorem, vel philosophum, vel legislatorem exstitisse, qui in isto scribendi genere nomen aliquod adipisci non studuerit. Addam etiam ita omnibus omni ætate venerandum studii genus hoc fuisse, ut quæ à poetis inventa essent, atque literis prodita, ea magni etiam philosophi scriptis suis illustrare non erubescerent. Platonem dico, & Aristotelem, quorum commentariis Homerum fuisse explicatum legimus; in quo scientiarum omnium atque artium principia contineri majores nostri voluerunt. Verum, quia poetarum genus est varium, quemadmodum & hominum; ὅσον ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει, tantum certe & poetæ. Atque ut est, omnium judicio, præcipua hominis pars illa quæ rationis capax est: sic certe & poetæ illi omnium præstantissimi semper mihi visi sunt, qui pietatis cultum, vitæque sanctimoniam docerent. Placet igitur hoc loco Orphei vetustissimi atque sanctissimi, quam postea secutum esse Pythagoram, lib. 1. de secta ipsius, testatur Iamblichus, parodica imitatione, quid ipse sentiam paucis significare.

Δέξομαι ὃς θέμις ἐστὶ· θύρας δ' ἀπίθεσθε βεβήλοις

Πᾶσιν ὅμως. Nolo enim ad ista arcana, nisi pios & castos, admitti. Cujus quidem generis cum supersint adhuc non fragmenta modo varia, tanquam ex naufragio tabulæ, sed scripta etiam integra, quorum nominibus hoc loco abstinere, brevitatis ergo, visum est; pauca, judicio meo, vel etiam nulla reperias, quæ cum aureis Pythagoreorum versibus conferri possint. Ut enim nihil autore sectæ, totaque adeo Pythagoreorum schola, celebrius: sic certe nihil in hoc scribendi genere præclarius atque divinius. Verum quoniam ita natura comparatum est, ut quæ pulchra, juxta proverbium, etiam difficilia exsistant; quod his versibus imprimis accidit, partim sententiarum gravitate, partim etiam brevitate, qua maxime delectati videntur Pythagorici; effectum divina providentia est, ut multis postea seculis ex Stoicorum Schola prodierit Hierocles, maximus sane acutissimusque philosophus, qui eos nobis ex Pythagoreorum sensu ita explicaret, ut nihil illis jam nec apertius, nec ad vitæ morumque rationem utilius reperiatur. Nam præterquam quod unicum hoc scriptum exstare videtur, à quo vera Pythagoreorum carminum explicatio peti queat; præter id etiam, quod multa sectæ hujus, atque Stoicæ, ex professo dogmata continet,

tinet, quæ in cæteris aliorum monumentis ὡς ἐν παρόδῳ vix indicantur: & hoc quoque doctorum multorum judicio, quibus ipsum videre contigit, affirmare non vereor, nullum profani nominis autorem luce donatum adhuc, quod sciam, qui tam multa de moribus, de providentia, similibusque rebus, more nostro, id est, Christiano, hostis alioqui nominis hujus acerrimus, tam bene tamque aperte differuerit. Imo non sine divina providentia effectum arbitror, ut infelici nostro seculo, in quo, post oppugnatam veræ religionis atque morum disciplinam, Deus ipse à multis non obscure petitur, libellus iste in lucem prodiret, qui philosophicis rationibus ab illis id extorqueret (nisi hominis naturam plane exuerint) quod divini verba autoritas persuadere non potuit. Quod si quis profanas etiam opiniones, & à fide Christiana abhorrentes, continere adferat: & id me etiam in ipso, Pythagoreisque versibus agnoscere, atque monere cæteros mei esse officii libens admitto: neque tamen tam rigidum me esse debere, ut graviſſimos philosophos suam sectæ constantiam, atque personam quam adsumpserint, tueri non patiar; cum nihil jam ab ejusmodi eorum ridiculis obsoletisque opinionibus Christianis immineat periculi: alioquin enim rejiciendam esse omnem penitus humaniorum literarum, non Græcam modo, sed Latinam etiam antiqui-

ſatem, quæ permultis in rebus Chriſtianæ veritati utiliſſime famulatur. Sed eſt fortaſſe quiddam aliud, quod à me juniores æquius poſtulare videantur; adnotationes nimirum aliquas, quibus interpretationis hujus ratio, Hieroclisque ſenſus quibuſdam locis manifeſtior habeatur. Quod certe præclaro illo bibliothecæ tuæ manuſcripto codice adjutus, quod Iamblichi lib. 4. de vita & ſecta Pythagoræ continet, efficere ſtatueram, ſi per otium & valetudinem licuiſſet. Habet enim liber ille non tantum propriam verſuum iſtorum, atque ſymbolorum Pythagoræ explicationem; ſed multa hujus ſectæ & argumenti alia, quibus explicatior & clarior noſter fiat Hierocles. Quid altera me editione, qui hujus rei ſylvam in adverſariis congeſtam magna ex parte habeam, Cui Deo facturum ſpero. Supereſt jam, *Franciſce Nobiliſſime*, ut tibi primum, Fratrique tuo, Italicæ profectionis nomine gratuler; quam vere vobis ad mercaturam bonarum artium ſuſceptam fuiſſe teſtantur non ſolum præclaræ animi ingeniique veſtri dotes, ſed ingens ille Græcorum voluminum theſaurus, ad nominis etiam generiſque veſtri perpetuam memoriam, reique literariæ utilitatem, magno labore, magniſque ſumptibus à vobis comparatus: deinde, ut horter etiam, ne tantam tibi laudem, tuiſque, quæ ex eorum emiſſione ſequitur, invideas;

ſed

sed Hieroclem quoque audias, qui primus tenebris ereptus, atque de cæterorum salute sollicitus, tuum supplex eorum nomine adversus situm & tineas, quibus præclara multorum scripta perierunt, auxilium implorat.

ΤΑ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ
ἔπη τὰ χρυσᾶ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα· καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειτα δ' ἥρωας ἀγαυούς·
Τούς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας, ἔννομα δράζων.
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐν γενεῇ σεβίζου.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετὴν ποιεῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
Πραΰσσοι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι·
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδι, εἰ ἔνεκα μικρῆς,
Ὅρκα δυνῇ· δυνάμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν ὅππως ἴσθι. κρατεῖν δ' ἐθίζεο τόδε·
Γαστρὸς μὴ πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστα αἰδοῦ σεαυτόν.
Εἶτα δικαιοσύνῃ ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε.
Μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδενὸς ἔθιζε.
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς πάντεσσι πέπρωται ἅπασι
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Ὅσσα τε δαιμονίοισι τύχαις βεβοτὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
Ὧν ἄν μοῖραν ἔχῃς πρήσσων φέρε, μηδ' ἀχαλάκτει.
Ἰᾶσθαι δὲ πέφυκε καθ' ὅσσον δύνῃ. ὧδε δὲ φάζου·
Οὐ πάντων τοῖς ἀλαθοῖς τὸ πολὺ μοῖρα δίδωσι.

Πολλοὶ

AUREA PYTHAGOREORUM Carmina *Joan. Curterio* interprete.

PRimum immortales Divos pro lege colunto :
Et jusjurandum : Heroas, clarum genus, inde
Dæmones hinc terris mixti sua jura ferunto.
Inde parentis honos sequitur : tum sanguinis ordo;
Post alii sunto, virtus ut maxima, amici.
Utilibus factis cedas, verbisque modestis.
Nec læsus parvo contemnas crimine amicum;
Quod potes : Est quoniam fato vicina potestas.
Illa quidem teneas; sed & hæc compescere disce :
Imprimis ventrem, somnum, veneremque; deinde
Iram. Nec quidquam sociis aut testibus, aut te
Solo, turpe geras. Summus pudor ipse tibi sis.
Jura colas non ore tenus; sed rebus & ipsis.
Nec pravis mentem suescas rationibus uti :
Sed mortem fato subituros noveris omnes :
Divitias quandoque dari, quandoque perire.
Mortales quæcunque Deis mittentibus angunt,
Ut tua sors tulerit, patiens ne ferre recuses.
Nec spernenda medela tamen. Sed noris & istud,
Parcius ista viris immittere numina justis.

Multus

Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε κὴ ἐσθλοί
Πεφατίσθω, ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσης
Εἴργειν σαυτόν. ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηθ',
Πρᾴως εἶχ'. ὃ δέ τοι ἔργον, ὅλη παντὶ τελείδω.
Μηδεὶς μήτε λόγῳ σεπαρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ὄζῃ.
Βουλάων δ' πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὸς πέλῃθ'.
Δειλῶ τοι τρήτος τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
Πρῆξαι δ' μηδὲν ἀφ' μὴ πάσασι δικαιοδιδάσκου
Ὅσσα χρεών, κ' τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τ' ἄκρη σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
Ἀλλὰ ποτῶ τε μέζονι κὴ σίτῳ, γυμνασίων τε
Ποιεῖσθ. μέζον δὲ λέγω τόδ' ὃ μή σ' ἀνιήσει.
Εἰθίζειν δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἀδρυπλον.
Καὶ πευλαξόν γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δὲ παναῦν πρὸς κομπὸν, ὁποῖα κλαῶν ἀδαήμων·
Μηδ' ἀνυδρίθρεπ ἴδιν. μέζον δ' ὅλῃ πᾶσιν ἄεισον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
Μήδ' ὕπνον μελαχοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενον δ' ἀπὸ πρώτου ἐπίξιδι· κὴ μετέπειτα
Δεινὰ μὲν ἐκπρήξας ὀλιπλήσσου· χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει· ταῦτ' ἐμέλγεται· τούτων χρὴ ἐράν σε.
Ταῦτά σε θεῖος ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
Ναὶ μὰ τὰμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετετκτιτῶ,

Παγὰν

Multus sæpe hominum sermo prævisque bonusque
Excidit. At terre te nihil: nec vertier illo
Tete permittas. Sin falsum dicat, id æquo
Sperne animo. serves sed hoc, quod dixero, semper:
Ne tibi vel verbo quisquam male suaserit, aut re,
Ut facias, dicasve, nocens quo'tu tibi fias.
Consilium præcedat opus; ne absurda sequantur.
Est miseri quod quis stulte loquiturque, facitque.
Effice quin potius nequeant quæ facta dolere.
Nec tu quod nescis gerito: sed discere cura
Quæ fas. perjucunda tibi sic vita futura est.
Corporis haud spernenda juvat quæ commoda cura.
Sed potusque, cibique modus sit, & exercendi.
Ipse modum statuo, qui te non læserit ipsum.
Sit mundus victus: sit luxus sed tamen exsors.
Quæcunque invidiam pariunt, vitanda putato:
Et sumptus vanos, recti quos nescius audet;
Et sordes. Præstat quavis modus optimus in re.
Fac quæ non lædant: consulto resque geratur.
Mollia nec prius admittant tibi lumina somnum,
Exactæ quam ter reputaris cuncta diei:
Qua prætergressus? quæ gessi? quæ male omisi?
Singula percurrens à primo facta, quibus tu
Vel pravis doleas; capias vel gaudia juvis.
Hæc facito: hæc satage: istorum tibi cura geratur.
Hæc te virtutis divinæ ad limina sistent.
Juro te, qui nos docuisti tetrada, fontem

Naturæ

Παγὰν ἀενάου φύσεως· ἀλλ' ἔρχεο ἔπ' ἔργον
Θεοῖσιν ἐπιξάμενος τελέσαι. τάων δὲ κρατήσας,
Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ἢ τε ἕκαστα διέρχεται, ἢ τε κρατεῖ.
Γνώσῃ δ', ἢ δίκη ὧδε, φύσιν ἐς πάντας ὁμοίως.
Ὥστε σε μήτ' ἄλογα ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.
Τλήμονας, οἳ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων ἔτ' ἐσορῶσιν,
Οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι σωίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτοῖς βλάπτει φρένας· οἳ δὲ κυλίνδροις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἕπεις βλάπτουσα λέληθε
Σύμφυτος· ἣν δεῖ μὲν σοφίᾳ νικᾶν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν τε κακῶν λύσειας ἅπαντας
Ἢ πᾶσιν δείξαις οἷόν τοι δαίμονι χεῖνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἴ τοί τι μετέστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
Ἐξανέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ νῆιν δὲ σώσεις.
Ἀλλ' εἴργε βροτῆν, ὧν εἰπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων. καὶ φράζεο ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμην σήσας καὶ πάντοθεν εἰσίων.
Ἣν δ' ἀπολείψας ζῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Naturæ æternum. Finem dein ante peractus
Numina, opus facito. Quæ tu si gesseris, idem
Noris qua consistent natura hominesque deique:
Singula quo pergant, sistent quo singula rursum.
Noveris & mundi naturam, quapote, eandem:
Ut te nec spes vana angat, lateant quoque nulla.
Noris mortales sponte in sua damna ruentes:
Infelix stultumque genus; quod commoda præsens
Non oculis, non aure capit, raroque medetur.
Sic miseris sors mentem agitat, variisque cylindris
Huc illuc rotat, immensis versatque periclis.
Hoc comes improvisa ciet contentio damnum
Insita: cui certare nefas, sed cedere pulcrum.
Jupiter alme, malis jubeas vel solvier omnes:
Omnibus utantur vel quonam dæmone monstra.
At confide: hominum divina est stirpis origo,
Sacra quibus natura favens hæc singula pandit.
Quæ si tu teneas, dictis potieris & ipse;
Purgatumque animum damnis servabis ab istis.
Sperne cibos cautus, veluti purgamina monstrans,
Atque animum solvens dixi. tum singula pensans,
Aurigæ menti cedas quas tractet habenas.
Sic ubi deposito vacuus te ceperit æther.
Corpore, vivus ages semper, semperque beatus.

Χρυσᾶ ἔπη.

Πρῶτα μὲν ἐξ ὑπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιστὰς,
Εὖ μάλα ποιπνύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσεις.

Ἱερὸς λόγος.

Ὦ νέοι, ἀλλὰ ζάεσθε μεθ' ἡσυχίας τάδε πάντα.

Δειλοὶ πάνδειλοι καμόων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε.
Ἰσόν τοι καμόντε φαγεῖν κεφαλάς τε πικέων.

Ψυχῆς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἣδ' ἀνάβασιν
Ἐξ αἴδαο ὅταν * αὐγὰς εἰσαΐωσιν.

Γνῶμαι.

——————Πρέπουσιν ὁ θεῖος ἀριθμὸς
Μνάσθω ἐν καθαρῷ ἀκηράτῳ, ἔς τ' ἂν ἵκηται
Τετράς· ὃν ζαδέλιον, ἢ δὴ τέκε μητέρα πάντων,
Πανδοχέα, φρόσβιεραν, ὃεον θεὶ πᾶσι πιθεῖσαν,
Ἀγρόπνου, ἀκαμάτοιο, δεκάδα κλείουσί μιν ἀγνήν.

Ἐπιγράμματα.

Ὧδε θανὼν κεῖται Ζάν, ὃν Δία κικλήσκουσιν.

Ἐκ βιβλίων ἀδήλων.

Εἰ τις ἐρεῖ, Θεός εἰμι, πάρεξ ἑνὸς, ὅτῳ ὀφείλει
Κόσμου ἴσην τάτῳ σίσας εἰπεῖν, ἐμὸς ὅτῳ.
Κ' ἐγὼ μόνον σίσας εἰπὼν ἐμὸς, ἀλλὰ καὶ οἰκεῖν,
Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε, πεποίηκε δ' ἀπὸ τῶδε.

——————Ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικε.

Βωμὸν ἐραΐζοντας μακάρων θεσμοῖσι φόνοισι,
Ἀείσω ζωοῖς, δύσας δ' ὁπίσω δὲ βέβηλοι·
Φείδεο τῆς ζωῆς μὴ μὴν καὶ ἀδυμοβορήσῃς.

Πυ-

PYTHAGORÆ FRAGMENTA METRICA.

Aurea Carmina.

E somno primum evigilans cum strata relinquis, Porphyr.
Disponas animo luce expedienda futura. de vit. Pyth.

Sacer Sermo.

O juvenes, tacita colite hæc pia sacra quiete. Diog. Laer.

O miseri, miseri, pastum evitate fabarum.
Æquum quippe fabas capita atque vorare parentum.

Quod fuerint animæque aditus reditusque virorum Eust.
Ex orco quoties solis referuntur ad ortus. Il. β'.

Hymni.

——— *Progreditur numerus divinus ab ipso*
Fonte incorrupto monadis, dum ad tetrada diam
Perveniat, matrem cunctorum quæ venerandam Proclus.
Ponentem peperit rebus finemque modumque,
Atque immortalem decadem, sanctamque vocatam.

Epigrammata.

Zan jacet hoc tumulo, qui vulgo Jupiter audit. Porph.

Ex operibus incertis.

Extra unum, si fors jactet sua numina quisquam,
Debet & is merito talem sibi condere mundum; Justin.
Hic meus est recte tum dicat, & incolat orbem Martyr.
Ipse suum, testans quo sit factore creatus.

———*Numero cuncta adsimilantur.* Sextus Empir.
Sanguineis superum tingentes cædibus aras. Idem.
Pangam cordatis, profani claudite portas. Stob. S. 39.
Vitæ parce, voces animi ne affectibus ipsam. Id. Ser. 123.

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΛΕΙΨΑΝΑ ΚΑΤΑΛΟΓΑΔΗΝ.

Ὁ μὲν Θεὸς εἷς· αὐτὸς ὢν ἐχ ὡς τινες ὑπονοοῦσιν ἐκτὸς τῆς διακοσμήσεως, ἀλλ' ὢν ἐν ἑαυτῷ ὅλῳ ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπισκοπῶν πάσας τὰς γενέσεις ὄντι· κράτις ἐὼν τῶν ὅλων αἰώνων, καὶ ἐργάτης τῶν ἀπὸ δυνάμεων καὶ ἔργων· ἀρχὰ πάντων· ἓν, ἐν ἑαυτῷ φωτὶ καὶ πάντων πατὴρ, νοῦς καὶ ψύχωσις τῶν ὅλων, κύκλων ἁπάντων κίνασις. Justin. de Monarchia Dei.

Τὸ Φυσικόν.

Οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, οὐ μὰ τὸ ὕδωρ τὸ πίνω, οὐ κατοίσω ψόγον ὡς περὶ τοῦ λόγου τοῦδε. Diog. Laert.

Φυγαδευτέον πάσῃ μηχανῇ, καὶ περιοπτέον πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νόσον, ἀπὸ δὲ ψυχῆς ἀμαθίαν, κοιλίας δὲ πολυτέλειαν, πόλεως δὲ στάσιν, οἶκον δὲ διαφορασμόν, ὁμοῦ δὲ πάντων ἀμετρίαν. Iambl. de vita Pythag.

Ἐπὶ τὸ γινῶναί τε καὶ θεωρῆσαι πᾶς ἄνθρωπος κατὰ τοῦτο ἔσπευκε. Idem.

Ἄγευπνος ἔσο καὶ νῆφε. συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ ὕπνος. (al. ὁ ὡς εἰ τοῦτον ὕπνος.)

Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδὲ νοσοῦς ποιεῖν.

Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα, καὶ τέκνα, καὶ φίλους, τοὺ καὶ (al. καὶ μὴ) τὰ ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου παραμυθοῦντας.

Ἰσχυὸν (al. ἰσχύειν) τῇ ψυχῇ αἰσχὺν μᾶλλον, ἢ τῷ σώματι.

Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κλῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.

Πρέπει μεγάλα, μὴ ταπεινοῦσθαι μεγάλα.

Τέκνα μὰ δὲ τίκτειν, ἢ τὰ γηρεβοσκήσοντα τὸ σῶμα, ἢ τῇ ψυχὴν θρέψοντα τῇ αἰδίῳ σοφίᾳ.

Τὰ

PYTHAGORÆ FRAGMENTA PROSAICA.

Sane quidem Deus unus est: non ille autem sicut nonnulli sunt suspicati extra hunc mundi ornatum: sed ipse in se totus in circulo toto generationes omnes inspiciens seculorum omnium est temperatio, & virtutum operumque ejus omnium opifex, principium omnium, unum, cœli lumen & parens omnium, mens & animatio universorum, circulorum omnium motio. *Just. de Monar. Pot.*

De Natura.

Non per aerem quem spiro, non per aquam quam bibo, non admittam hujus sermonis vituperationem. *Diog. Laert.*

Procul relegandum quavis machina & conatu, ignique ferroque præcidendum & omnibus machinis seu præsidiis ab corpore quidem morbum, ab animo vero imperitiam, ab ventre luxuriam & opiparum apparatum, ab civitate seditionem, ab ædibus familiaribus factionem, simulque ab omnibus partium studium. *Iambl. de vita Pythag.*

Unusquisque à Deo constitutus est ut cognoscat & contempletur. *Idem.*

Vigila mente. cognatus enim veræ mortis talis somnus est.

Quæ nefas est facere, nec suspectus habearis quasi facias.

Quærendus vir, liberi & amici, qui etiam dum migras ex hac vita, apud te permaneant.

Valere anima præoptes, quam corpore.

Persuasum habeas, tuas non esse facultates, quas non concluses animo geras.

Age res præclaras, nihil magnifici interim promittens.

Liberos disce procreare, non qui corpus senio confectum alant, sed qui animam nutriant perenni alimento.

Τὰ δύσπονα, ἥδιον ἡδέων μᾶλλον ἡγεῖ σωτηλεῖν εἰς ἀρετήν.

Χαλεπὸν πολλὰς ὁδοὺς ἅμα τῷ βίῳ βαδίζειν.

Ψυχῆς πᾶν πάθος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον.

Χρὴ βίον αἱρεῖσθαι τὸν ἄριστον, ἡδυὺ γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. πλοῦτος ἀθενὴς ἀγκυρα, δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα· τὸ σῶμα ὁμοίως, αἱ ἀρχαί, αἱ πηγαὶ, πάντα ταῦτα ἀσθενῆ καὶ ἀδυνατα. τίνες δὲ ἀγκυραι δυνατάι; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία· ταύτας ὑδοὺς χειμῶν σαλεύει. ὅτος θεῖος νόμος, ἀρετὴν εἶναι τὸ ἡγούμενον μόνον· τὰ δ' ἄλλα, λῆρος. Stob. Serm. 1.

Νόμος θεῖος τὸ φαῦλον ἀνήκουον, διὸ καὶ παρανομεῖ. Serm. 2.

Ἰσχὺς, καὶ τεῖχος, καὶ ὅπλον σοφὸς ἡ φρόνησις.

Ὑπομίμνησκε σαυτὸν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι μέγιστον ἀγαθὸν τὴν φρόνησιν εἶναι λέγουσιν. ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῦτο κεκτῆσθαι συντονήσαντες. Serm. 3.

Θυσιολίαι μὲν ἀφρόνων, πρὸς θεοῦ δὲ ἀναθήματα, ἱερσύλων χρηγία. Serm. 4.

Ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ὅταν σεβάσῃ κατακείμενον καὶ θαρρεῖν, ἢ ταραττόμενος χρυσῆν ἔχοντα κλίνην.

Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη· αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθὴς φῶς ὅτι Serm. 5.

Δειλίαν πάθεσι χαλεπώτερον, ἢ τυράννοις.

Ἐλεύθερον ἀδυνατον εἶναι, τὸν πάθεσι δουλεύοντα, καὶ ὑπὸ παθῶν κρατούμενον.

Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτὸν μὴ κρατῶν. Serm. 6.

Ξένος ἀνὴρ δίκαιος ἐν μόνον πολίτης, ἀλλὰ καὶ συγγενὴς δασέσει. Serm. 9.

Ὅμοιον ἀψυθίου τὸ δριμὺ, καὶ λόγου παῤῥησίαν ἐπικόφαν.

Τὰ

Cum labore conjuncta, magis quam voluptate ducas conferre ad virtutem.

Difficile multas simul vitæ calles ingredi.

Animæ quivis affectus infensissimus salutis ipsius est hostis.

Optima nobis vita est eligenda, quam suavem mox ipsa consuetudo sit effectura. Divitiæ anchora sunt infirma, gloria etiam infirmior; corpus itidem, magistratus, honores, omnia hæc imbecilla & viribus destituta. Quæ ergo sunt anchoræ firmæ? prudentia, magnanimitas, fortitudo: eas nulla tempestas agitat. Hæc Dei est lex; virtutem solam esse quæ potens solidaque sit: cætera omnia nugas & ineptias. *Stob. Serm. 1.*

Legi divinæ improbitas non obtemperat, ideoque etiam delinquit. *Serm. 2.*

Robur, & murum, & arma sapienti prudentia præstat.

Recordare quod cum homines omnes maximum esse bonum in sapientia situm adserant, tam pauci interim ad possessionem ejus adnitantur. *Serm. 3.*

Sacrificia stultorum ignis solum alimenta sunt: eorundem anathemata victum sacrilegis suppeditant. *Ser. 4.*

Satius est humi cubantem vivere, & bono animo esse, quam perturbatum in aureo lecto.

Robur animæ est temperantia: hæc enim animæ passionum expertis lumen est. *Serm. 5.*

Servire affectibus gravius est, quam tyrannis.

Nequit liber esse, quisquis affectibus servit, & affectibus regitur.

Nullus liber, qui sibiipsi non imperat. *Serm. 6.*

Peregrinus vir justus non modo cive, sed etiam cognato majoris faciendus est. *Serm. 9.*

Idem facit qui absynthii amaritudinem, & qui orationis libertatem tollit.

Τὰ ἁμαρτήματα ζκ πειρῶ μὴ λόγοις ἐπικρύπτειν, ἀλλὰ περιπαθέιν ἐλέγχοις.

Οὐχ ὅτω χαλεπὸν ἁμαρτάνειν, ὡς τὸ ἁμαρτάνοντα μὴ ἐξελέγχειν.

Ὥσπερ σωματικὸν πάθος ὁ κρυπτόμενον, οὕτω δὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζει· ὅτως δὲ ψυχὴ κακῶς φρονοῦσα καὶ ζωπαρεδομένη θεραπεύει. Serm. 13.

Χαῖρε τοῖς ἐλέγχοις ζε μᾶλλον, ἢ τοῖς κολακεύουσιν· ὡς δ' ἐχθρῶν χείρονας ἐκφεύγε τοὺς κολακεύοντας. Serm. 14.

Παντὸς κλῆματος πόνος περιηρεῖ ὁ κατ' ἐγκράτειαν.

Ῥώμης μείζων καὶ πλοῦτος, ὁ ἐγκράτειαν κλῆσας.

Τεθνάναι πολλῷ κρεῖττον, ἢ δι' ἀκρασίαν τὸ ψυχικὸν ἀμαυρῶσαι. Serm. 17.

Μικρὰν φασι μανίαν εἶναι τὴν μέθην.

Πυθαγόρας ἔλεγε, πῶς μέθης μανίας εἶναι μελέτην; Serm. 18.

Μεγάλων παιδείαν νόμιζε, δι' ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν. Serm. 19.

Καλὸν μείζων πάσχει διὰ τὸ ζωπαθὸς ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος. Serm. 24.

Χρὴ σιγᾶν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν.

Λίθος τοῦτερόν σοι ἔσω λίθον εἰκῆ βάλλειν, ἢ λόγον ἀργόν. Serm. 34.

Μὴ ἐν πολλοῖς ὀλίγα λέγε, μηδ' ἐν ὀλίγοις πολλά. Ser. 35.

Ποίει ἃ κερδεῖς εἶναι καλά, καὶ ποιῶν μέλλῃς ἀποδέχειν. φαῦλος γὰρ κερδὴς παντὸς καλοῦ πράγματος ὄχλος. διόπερ ὧν ἂν μὴ ἐπαίνων καταφρονῇς, καὶ μὴ ψόγων καταφρόνει.

Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βέλουσι ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Serm. 44.

Θάλε

Vitia tua ne verbis celare coneris, sed emendare reprehensionibus.

Non tam difficile est ipsum peccare, quam peccantem alium non redarguere.

Ut corporis morbus, si abscondatur, laudeturve, non sanatur: ita animi vitium, cui vel patrocinaris, vel abscondis, non emendatur. *Serm.* 13.

Gaudendum potius redarguentibus, quam assentantibus; quos etiam hostibus deteriores existimare & refugere oportet. *Serm.* 14.

Nil egregium comparatur, quod non continentiæ labor præcesserit.

Continentiam tibi ut robur ingens opesque parato.

Satius est mori, quam per incontinentiam animum obnubilare. *Serm.* 17.

Ebrietatem ferunt parvam insaniam esse.

Pythagoras ebrietatem insaniæ meditationem vocitabat. *Serm.* 18.

Magnam peritiam existimato, qua ferre potes aliorum imperitiam. *Serm.* 19.

Vir iniquus plus mali patitur afflictus conscientia, quam ille qui in corpore castigatur, & flagris cæditur. *Serm.* 24.

Aut oportet silere, aut adferre meliora silentio.

Optabilius tibi sit lapidem temere projicere, quam sermonem otiosum. *Serm.* 34.

Ne multis verbis pauca comprehendas, sed paucis multa. *Serm.* 35.

Fac ea quæ judicaveris esse honesta, etiamsi postquam feceris, inglorius futurus sis. Omnis enim honestæ rei malus judex est vulgus. Quorum igitur laudes contemptui haberes, eorundem vituperia quoque spernas.

Qui de malis pœnas non sumunt, bonos affici volunt injuriis. *Ser.* 44.

Θέλε μᾶλλον τοὺς σωζόντας ζῳοι αἰδεῖσθαί σε, ἢ φοβεῖσθαι. αἰδοῖ μὲν γὰρ τοῖσι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος. Serm.46.

Κενὸς ἐκείνου φιλοσόφου λόγος, ὑφ' ᾧ μηδεὶς ἀνθρώπου πάθος θεραπεύεται. ὥσπερ γὰρ ἰατρικῆς ἂν ὄφελος, μὴ τοὺς νόσους ἐκβαλούσης ἀπὸ τῶν σωμάτων· ἴσως ἂν δὲ φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς κακὸν ἐκβάλλει. Serm.80.

Οὔτε ἵππων χρεὼν χαλινὸς, ὥστε πλάστων δίχα φρονήσεως σωμάτων κρατεῖσθαι. Serm.92.

Σαφὴς φωνὴ, μὴ περιττὴ, μὴ δυσλαλὴς, μὴ ῥιγῶσα. Serm.99.

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ'.

Πυθαγόρας Ἱέρωνι.

Ἀσθενὴς ὁ ἐμὸς βίος καὶ ἡσύχιος· ὁ δὲ σὸς καθ' ἡδονὴν ἐμοὶ περιπελάζει. μέτριον ἀνὴρ καὶ λιποδεὴς σικελικῆς τραπέζης ἀρκεῖ. πάντ' ἔχει Πυθαγόρας ἐν κόσμῳ τὰ καθ' ἡμέραν, ἃ ἂν ἔλθῃ. θεραπεία δὲ δυσάρεστος καὶ ἐπαχθὴς πολλοῖς εἰδημένη. μέγα καὶ ἀσφαλὲς αὐτάρκεια. ὥστε οὐκ ἔχει τὸ φοβούμενον, ὥστε τὸ ἐπιβουλεύσοντα. διὸ καὶ δικαίως ἔχει ἐγγυτάτω θεοῦ ἡ διαγωγή. διάθεσις ἀγαθὴ καὶ γνώμη ἐστὶν ἀφροδισίων, ἀλλ' οὐκ ἐπεσιόντων. ἀλλ' ἐπὶ ἐνδείας ἀγέσης πρὸς ἀνδρὸς ἀρετήν. ἥδονται δὲ ποικίλαις καὶ ἀκρατέσι δουλοσύνῃ ψυχὰς ἀσθενῶν ἀνθρώπων· πολὺ δὲ μέλιτος ἔστι τὰ ἀπολαύσεις. διὸ καὶ ἁπλοΐδως σωστὸν εἶναι τὰ τοιαῦτα, αἰρεῖ γὰρ, καὶ ἀδικάσας σώζεσθαι· λόγος γὰρ ὁπόταν ζῷ ἀκ ἐναντίος τοῖς ἀσυμφόροις. μὴ ἔστι κάλλει Πυθαγόραν συμβιώσοντα ζῳοι. ἁδὲ γὰρ οἰκεῖοι αἰρεῖ τοῖς νοσοῦσι συγκαμνειν.

ΣΥΜ-

Magis cupere debes ut conversantes tibi te vereantur, quam metuant. Reverentiam enim admiratio, timorem odium comitatur. *Serm.* 46.

Vana est illius philosophi oratio, quæ nullam in homine passionem curat. Quemadmodum enim medicinæ nullus est usus, nisi morbos à corporibus exterminet: ita neque philosophiæ, nisi animæ vitia expellat. *Serm.* 80.

Nec equum sine fræno, neque divitias sine prudentia gubernare licet. *Serm.* 92.

Corpus requirit ne famem, ne sitim, ne frigus patiatur. *Serm.* 99.

PYTHAGORÆ EPISTOLA.

Pythagoras Hieroni Syracusano.

VIta mea tuta & quieta est: tua vero nulla in parte mihi adpropinquat nec convenit. Vir moderatus & pauper Siculæ mensæ non indiget. Pythagoras, quocunq; locorum venerit, omnia quæ quotidie sufficiunt, & quantum satis est, habet. Dynastæ vero se in famulitium dare ejusve contubernio uti, grave & permolestum est ei qui non adsuevit. Magnum & à periculo remotum est, habere quod sibi ad vitam frugaliter exigendam sufficiat. Siquidem ille suis contentus animus, nec æmulos aut invidos habet, nec sibi ab cujusquam insidiis, quæ tendi poterunt, metuit. Quo nomine etiam vitam Deo proxime degere videtur. Bona dispositio atque habitus non proseminatur rei Venereæ usu, nec cibis qui hauriuntur: sed venit ab indigentia, quæ ad viri virtutem ducit. Variæ autem & intemperantes voluptates infirmorum hominum animos in servitutem adigunt. Multò vero maxime illæ, quibus tu frueris. Quare cum teipse etiam illis dedideris (pendes enim ab ipsis) etiam servari non poteris. Nam oratio tua, quam profers, iis quæ damnosa sunt contraria non est. Ne igitur Pythagoram voca tibi convicturum. Neque enim medici simul cum ægris decumbere volunt. Sym-

Εἰς ἱερὸν ἀπὸν προσκυῆσαι, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγε μήτε πρᾶτε.

β'. Ὁδὸν πάρεργον ὅτε εἰσιτέον εἰς ἱερὸν, ὅτε προσκυνήσεον τὸ παράπαν, ἢ εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐτῶν παιῶν γένοιτο.

γ'. Ἀνυπόδητον θύε καὶ προσκύει.

δ'. Τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐγκλίνων διὰ τῆς ἀγαπῶν βάδιζε.

ε'. Μελανύρα ἀπέχου. χθονίων γάρ ὄρνις θεῶν.

ς'. Γλώσσης πρὸ τῆς ἄλλων κράτει θεοῖς ἑπόμενον.

ζ'. Ἀνέμων πνεόντων τὸ ἠχὼ προσκύει.

η'. Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκάλλε.

θ'. Ὀξίδα ἀπὸ σεαυτοῦ ἀπόστρεφε πᾶσαν.

ι'. Ἀνδρὶ ἐπαναπεπαυμένῳ μὴ φορτίον συνέπαιρε. μὴ συγκαθαίρει ἢ ἀποπεπαυμένῳ.

ια'. Εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸ δεξιὸν πόδα πρόπαρεχε. εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸ εὐώνυμον.

ιβ'. Περὶ Πυθαγορείων ἄνδρα φωτὸς μὴ λάλει.

ιγ'. Ζυγὸν μὴ ὑπέρβαινε.

ιδ'. Ἀποδημῶν τὸ οἰκίας μὴ ἀπόστρεφε. ἐρινύες γὰρ μετέρχονται.

ιε'. Πρὸς ἥλιον πεπαυμένον μὴ ὄρει.

ις'. Δαλίου θάκον μὴ ἀπόμασσε.

ιζ'. Ἀλεκτρυόνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δέ. μήνην γὰρ καθιερώσει.

ιη'. Ἐπὶ χοίνικα μὴ καθίζου.

ιθ'. Γαμψώνυχον μηδὲν παρέπεχε.

κ'. Ἐν ὁδῷ ξύλα μὴ σχίζε.

κα'. Χηδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχε.

κβ'. Δακτύλιον μὴ φόρει.

κγ'. Θεῶ

IN templum prodiens adoratum, nihil interea quod ad vitam facit, nec dicito, nec facito.

2. Perfunctorie templum ne ingreditor, neque adorato omnino, neque si ipsissimas fores prætergrediaris.

3. Discalceatus nudisque pedibus sacrificato atque adorato.

4. Publicas vias declinans per semitas ingreditor.

5. Ab eo quod nigram caudam habet abstineto. Terrestrium enim deorum est.

6. Linguam ante omnia contineto deos sequens.

7. Ventorum spirantium sonum adora.

8. Ignem gladio ne fodito.

9. Acetarium omne vas abs te removeto & avertito.

10. Cum viro, cui onus impositum est, simul attollito: non autem simul auferto ab eo quod depositum est.

11. Dum calceamenta pedibus subduntur, pedem dextrum ante afferto. In pelluvium autem sinistrum inferto.

12. De Pythagoricis sine lumine ne loquitor.

13. Jugum ne transilito.

14. Peregrinationem instituens domum ne revertitor. quippe furiæ simul comitantur.

15. Ad solem conversus ne meito.

16. Dadiu vel faculæ sedem ne extergito.

17. Gallum alito quidem, ne autem sacrificato. Lunæ namque & soli sacratus est.

18. Chœnici ne insideto.

19. Nihil eorum quod curvos ungues habet gustato.

20. In via ligna ne feces.

21. Hirundinem tecto ne accipito.

22. Annulum ne gestato.

23. De

κγ'. Θεῦ τύπον μὴ ὀπίγλυφε δεκπυλίῳ.
κδ'. Παρὰ λύχνον μὴ ἀποῤῥίζου.
κε'. Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστῶν ἀπίστει, μηδὲ περὶ θείων δογμάτων.
κς'. Ἀχέτω γέλωτι μὴ ἔχεσθω.
κζ'. Παρὰ θυσίαν μὴ ὀνυχίζου.
κη'. Δεξιὰν μὴ παντὶ ῥαδίως ἔμβαλε.
κθ'. Στεφωμάτων ἀναξὰς σωφέλιωσ αὐτὰ, καὶ τὸ τύπον σωσόρωσε.
λ'. Καρδίαν μὴ τεάγε.
λα'. Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε.
λβ'. Ἀποκαρμάτων σῶν καὶ ἀπονυχισμάτων κατάπυε.
λγ'. Ἐρυθρὸν μὴ περιλάμβανε.
λδ'. Χύτρας ἰχθῦ ἀπὸ πυὸς ἀφάνιζε.
λε'. Χρυσὸν ἐχέσῃ μὴ πλησίαζε ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ.
λς'. Πρεσβύτερα τὸ ῥῆμα καὶ ῥῖμα, τὸ ῥῆμα καὶ τειώβολον.
λζ'. Κυάμων ἀπέχε.
λη'. Μολόχην ὀπτὴν μὲν, μὴ ἔφθε δέ.
λθ'. Ἐμψύχων ἀπέχου.

23. Dei formam & imaginem annulo ne insculpito.
24. Ad lucernam faciem in speculo ne contemplator.
25. De diis nec de divinis oraculis nihil eorum, quæ admirabilia, fidem derogato.
26. Risu incontinenti ne concutitor.
27. Ad sacrificia ungues ne præcidito.
28. Dextram ne cuivis facile injicito.
29. E stragulis surgens ea convolvito, & figuram vel vestigium confundito.
30. Cor ne edito.
31. Cerebrum ne comedito.
32. Excrementa tua & unguium præsegmina conspuito.
33. Erythrinon seu rubicundum ne suscipito.
34. Ollæ vestigium, ne ab cinere compareat, tollito.
35. Cum ea quæ aurum habet ne congreditor ad liberos procreandos.
36. Inprimis honorato cum habitum tum & tribunal: habitum inquam & triobolum.
37. Ab fabis abstineto.
38. Malvam quidem in horto tuo plantato, sed ea ne vescitor.
39. Ab iis quibus vita est animalis abstineto.

Ἐκ τῆς Σουΐδα.

Ἱεροκλῆς φιλόσοφος ὁ Ἀλεξανδρεύς.

Οὗτος μὴ τὸ ἀπρέπτως, καὶ μεγαλοφρεπῶς; ἔυρυς τε τὴν διάνοιαν εἰς τὸ βουλεύσασθαι, καὶ διαφέρων εὐγλωττίᾳ, καὶ εὐπορίᾳ τῆς κοσμίων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, κατέπληττε πανταχοῦ τοὺς ἀκροωμένους. ὧν ὃ αὐτὸς καὶ μαθητὴς Θεοσέβιος, ἀνὴρ, εἴ γε τις ἕτερος, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, εἰωθὼς ἀποβλέπειν ἐς τὰς ἀνθρώπων ψυχάς. ἔλεγε γοῦν ὁ αὐτὸς Θεοσέβιος, ἐξηγούμενον φάναι ποτὲ τὸν Ἱεροκλέα κύβους εἰκέναι τοὺς τῶν Σωκρατικῶν λόγους· ἁπάντως γὰρ ἐξ παντοχῆ, ὅπως ἂν πέσωσι. τὸν δὲ Ἱεροκλέους τὸ ἀνδρεῖον καὶ μεγαλόψυχον οὐδὲ ἀπέδειξεν ἡ συμβᾶσα τύχη περὶ αὐτόν. εἰς γὰρ τὸ Βυζάντιον ἀνελθὼν, περσέκωμουσε τοῖς κραταιοῖς, καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθεὶς ἐπύθετο τὰς [1] ἐξ ἀνθρώπων πληγάς. ῥεούσης δὲ τῷ αἵματι, βάψας κοίλῃ τῇ χειρὶ, περσφαίνει τὴν δικαστὴν αἷμα λέγων·

Κύκλωψ, τῆς, πί' οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνθρόμεα κρέα.

φυγὼν δὲ κατακεισθεὶς, καὶ ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, σωφιλοσόφει τὰ εἰωθότα τοῖς πλησιάζουσιν. ἔξεστι δὲ μαθεῖν τὴν Ἱεροκλέους μεγαλογνώμονα φρόνησιν ἀπὸ τῶν ζυγεσμάτων, ὧν ἔγραφεν εἰς τὸ χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθαγορείων [2] βιβλίων, καὶ περὶ προνοίας, [3] ἐν ἑτέροις βιβλίοις συγκοῖς, ἐν οἷς φαίνεται ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ζωὴν ὑψηλόφρων, τὸ δὲ γνῶσιν [4] ἐκ ἀκριβής.

1. *scribo* ἀπανθρώπους. 2. καὶ βιβλίων περί. 3. *addo* καί. 4. *tollo* ἐκ.

Ex Suida.

HIEROCLES PHILOSOPHUS ALEXANDRINUS.

Huic, ad constantiam & gravitatem, ingenii ubertas tanta accessit, itaque linguæ præstantia, nominumque optimorum atque verborum copia excelluit, ut omnes ubique auditores in sui admirationem raperet. Fuit vero ipsi etiam discipulus nomine Theosebius, vir, si quisquam alius, quos ipsi novimus, in hominum animos acie mentis penetrare solitus. Aiebat enim idem Theosebius, Hieroclem aliquando inter narrandum dixisse, Socratis sermones similes esse tesseris: Stare enim semper erectas, utcunque cadant. Hieroclis autem fortitudinem animique robur, ea calamitas ostendit, in quam incidit. Byzantium enim profectus, cum in procerum offensionem incurrisset, in judicium pertractus, plagisque crudelissime acceptus fuit. Cum autem manantem ex eis cruorem cava manu excepisset, eo judicem adspergens simul addidit:

Cyclops, en vinum: humanas jam defere carnes.

Exilio porro damnatus, & Alexandriam postea reversus, solito more cum discipulis philosophatus est. Licet vero scientiæ ejus atque judicii magnitudinem ex iis colligere quæ scripsit in Pythagoreorum versus aureos; de providentia; libriisque multis aliis: ex quibus apparet hominem vita quidem sublimem fuisse, scientia vero accurata.

De

DE

HIEROCLIS

IN

PYTHAGORICA CARMINA

Commentario, per

JOAN. CURTERIUM

Utraque lingua in lucem prodeunte.

AETHALIDES fuerat qui prisco tempore primum,
Trojano bello postea Panthoides,
Deinceps Hermotimus, post Pyrrhus, denique magnus
Pythagoras, Samii gloria magna soli;
Credo equidem versa, longo post tempore, sorte,
Hieroclem factum: nec mea vana fides.
Abstrusos sophiæ nam sensus Pythagoræ
Tam bene perspexit, quam bene Pythagoras.
Plurima sed postquam latuisset secula, tandem
Emersit, factus denique Curterius.
Namq; quod Hieroclem mysteria maxima, sacris
Pythagoræorum condita carminibus,
Hic gemino ore vides, manifesta luce, loquentem;
Uni hæc debetur gloria Curterio.

Nicol. Moreletus,

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

Εἰς τὰ

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑ

Ἔπη ὑπόμνημα.

Φιλοσοφία δὴ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις, καὶ περίστης κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς διαίτης, καὶ τοῦ ἀνηκόδους σώματος· τελειότης δέ, ἡ οἰκείας εὐζωίας ἀνάληψις, πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα. ταύτην ἡ πέφυκεν ἀρετὴ καὶ ἡ μάθεσις καλίσα ἀπεργάζεσθαι· ἡ μὲν, τὴν ἀμετεσίαν τῶν παθῶν ἐξοικίζουσα· ἡ δὲ, τὸ θεῖον εἶδος, εὐφυῶς ἔχουσα προσαρμόσαι. Δεῖ οὖν πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν τὴν μέλλουσαν ἡμᾶς καθαρὰς καὶ τελείους ποιεῖν, κανόνας ἔχειν τινὰς ἐν βραχεῖ διωρισμένους, οἷον ἀφορισμούς τινας τεχνικοὺς, ὅπως

HIEROCLIS

PHILOSOPHI

IN

Carmina Pythagorica Commentarius.

Joan. Curterio interprete.

PHilosophia est vitæ humanæ purgatio, atque perfectio. Purgatio quidem, cum fæce rationi contraria, mortalique corpore liberat. perfectio vero, cum suæ vitæ recuperata præstantia, ad divinam similitudinem reducit. Quæ duo quoniam virtute & veritate fieri maxime natura comparatum est: earum illa quidem tollit perturbationum intemperiem, ista autem divinam formam, si recte se habeat, inducit. Decet igitur ad scientiam istam, quæ puros atque perfectos nos efficiat, regulas habere aliquas paucis comprehensas, veluti artificiosas quasdam sententias,

ut ordine, viaque facili ad beatæ vitæ finem perveniamus. Sunt vero inter regulas ejusmodi, quæ ad universam philosophiam conferunt, in primis habenda, judicio nostro, PYTHAGORICA CARMINA, quæ AUREA vere nuncupantur. Continent enim totius Philosophiæ, quæ in agendo & quæ in contemplando versatur, decreta summa; quibus non solùm veritatem atque virtutem sibi quisque comparet, sed purus etiam, Deoque similis facile efficiatur: atque (ut ait Platonis Timæus Pythagoricam disciplinam professus accurate) & sanus, & integer ad prioris habitus formam perveniat. Orditur porro ab ejus virtutis præceptionibus, quæ est in agendo posita. Primum enim perturbatio & ignavia, quæ in nobis exsistunt, regendæ sunt: atque ita diviniorum rerum cognitioni incumbendum. Ut enim lippitudine laboranti oculo, nec purgato, quæ valde lucida sunt videri non possunt: ita nec animo virtute carenti cernitur veritatis pulchritudo. Est enim impuro quod purum est nefas attingere. Parit vero philosophia quæ versatur in agendo, virtutem quidem ipsam; veritatem autem, quæ in contemplando. quo fit, ut in versibus ipsis illam nomi-

ὅπως ἐν τάξει, καὶ ξυμφόδως πρὸς τὸ τῆς
εὐζωΐας τέλος ἀφικοίμεθα. τ' δὲ τούτων
κανόνων, τ' πρὸς τὴν ὅλην φιλοσοφίαν ζω-
τεινόντων, τὰ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑ ΕΠΗ, τὰ * ἅτως ὑπὸ καλύμματα ΧΡΥΣΑ, ἐν * ὃ'
ὡρώτοις ἂν θείημι ξυλόγως. ἔχει γὰρ πά- ὄντως
σης φιλοσοφίας, πρακτικῆς καὶ θεωρητικῆς, τὰ
καθόλου δόγματα, δι' ὧν ἄν τις δι' ἀληθείαν καὶ
ἀρετὴν κτήσαιτο, καὶ ἑαυτὸν καθαρὸν ἀπο-
λαύοι, καὶ τ' πρὸς θεὸν ὁμοίωσιν εὐτυχήσειε·
καὶ (ὥς φησιν ὁ Πλάτωνος Τίμαιος, τ'
ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ δογμάτων ὁ ἀκρι-
βὴς διδάσκαλος) * ὑγιής τε καὶ ὁλόκληρος ψυ- * ἄλλως
χὴ ὑγιής τις
μὴ εἰς τὸ τῆς πρώτερας ἀφίκοιτο δόμον· ἔ-
ξεως. Καὶ πρῶτά γε τὰ τῆς πρακτικῆς ἀ-
ρετῆς παραπίθεται παραγγέλματα. πρῶτον
γὰρ δεῖ τάξαι τ' ἐν ἡμῖν ὑγιείαν τε, καὶ ῥαθυ-
μίαν· ἔπειτα ἅτως ὑπεβυγεῖν τῶν τ' δειοτέρων
γνώσει. ὥσπερ γὰρ ὀφθαλμῷ λημῶντι, καὶ ὑ κε-
καθαρμένῳ, τὰ σφόδρα φωτεινὰ ἰδεῖν ὐχ οἷ-
όντε· ἅτως καὶ ψυχῇ μὴ ἀρετῇ κεκτημένῃ τὸ
τ' ἀληθείας ἐνοπτείσαιτο κάλλος. μὴ καθαρῷ
γὰρ καθαρὸν ἐφάπτεσθαι μὴ ὐ θεμιτὸν ἦ. ἔστι δὲ
ἡ μὲν πρακτικὴ φιλοσοφία ἀρετῆς ποιητικὸ ἀ-
λήθειας * ὡς καὶ ἐν οἷς τοῖς ἕπεσι τὴν μὲν * δὲ θεω-
πρακτικὴν φιλοσοφίαν, ἀνθρωπίνων ἀρετῶν ρητικὴ.

ἐυείκομον λεγομένου· ἡ δὲ Θεωρητικὴ, θείαν ἀρετὴν ὑμνοῦσα, ἐν οἷς συμπεράνας ὁ λόγος τὰ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς παραγγέλματα,

ταῦτα πάντα (φησὶ) ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε.

ταῦτά σε ἡ θεία ἀρετὴς εἰς ἴχνια θήσει.

πρῶτον οὖν * ἄνθρωπον δεῖ γενέσθαι, καὶ τότε θεόν. ἄνθρωπον δὲ ποιοῦσιν ἀγαθὸν αἱ πολιτικαὶ ἀρεταί· θεοποιοῦσι δὲ αἱ πρὸς τὴν θείαν ἀρετὴν ἀνάγουσαι ὁπισθήμαι. τὰ δὲ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων δεῖν ἐν τάξει τοῖς ἀνιοῦσι. διὸ καὶ ἐν τῇ Πυθαγορείκαις ἐπαιδεύθημεν, τὰ μὲν ἀρετῶν παραγγέλματα πρῶτα παραδίδοσιν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὁ λόγος, παιδαγωγῶν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ τὸν βίον μεγίστης χρήσεως πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνιέναι. Καὶ ὅτι μὲν ὁ σκοπὸς τῶν ἐπῶν, καὶ ἡ τάξις, χαρακτηρικὴ φιλόσοφον πρὸς μὲν ἄλλων ἀναγωγιμάτων ἐνθεῖναι τοῖς ἀκροατῆς.

*χ' ἴχνι, ΧΡΥΣΑ ᾗ τὴν ἐπωνυμίαν * ἔχει, διὰ τὸ, ὡς ἐν ἔπεσιν, ἄθικτα εἶδ, καὶ θεῖα. ὅτω δὲ καὶ ΧΡΥΣΟΥΝ μέν λέγομεν τὸ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις μένειν ἄθικτον, ἀπὸ τῆς τῶν ὑλῶν ἀναλογίας τὴν διαφορὰν τῶν ἠθῶν λαμβάνοντες. ἔστι δὲ καὶ ὁ χρυσὸς ἀκίβδηλόν τι, καὶ γῆς ἐκ ἀναπεπλησμένον, ὥσπερ τὰ συγχυθῆ, καὶ ἐρεξῆς ὄντα τούτῳ·

οὗ

nominari humanam ; hanc autem divinitatis nomine celebrari reperiamus, ubi de civili virtute hoc modo præcipere definit ;

Hæc facito; hæc satage; istorum tibi cura geratur.

Hæc te virtutis divæ in vestigia sistent.

Primum igitur probum fieri oportet ; indeque Deum. Hominem vero probum efficiunt virtutes illæ quæ civiles exsistunt : Deum autem, disciplinæ quæ ad divinam virtutem evehunt. Quia deinde iis qui adscendere cupiunt, ordine magna præcedunt his quæ parva sunt: ideo in Pythagoricis præceptis ea præmittuntur quæ de virtutibus præcipiuntur ; ut nos ab usu qui summus in vita est, ad divinam similitudinem doceant adscendere. Et hic quidem versuum scopus est atque ordo, ut philosophi characterem ante alias persuasiones imprimant auditoribus. AUREORUM autem ideo retinent appellationem, quod in suo genere optimi sint atque divini. Sic enim & AUREUM seculum dicimus, quod in hominum ætatibus fuit optimum ; morum differentiam à metallorum proprietate sumentes. Est vero & AURUM ipsum purum quid, nec terræ quidquam habens commixtum ; ut quæ ipsi cognata, adeoque etiam inferiora,

argentum, æs, ferrum; inter quæ & AURUM ipsum ideo natura principatum obtinet, quod nunquam, ut cætera, rubiginem contrahat; cum eorum singula eam ita patiantur, ut terram participant. Rubigine ergo quæ terrena est cum vitiorum fæce comparata, quod sanctum purumque seculum extitit, ipsique adeo mores malitiæ penitus expertes, AUREA jure nuncupata sunt. Sic certe & versus isti omnes, toti penitus pulchri & boni, AUREORUM, divinorumque appellationem sortiti sunt. Neque enim inter eos exsistunt boni quidem alii, alii vero non boni, quod nonnullis aliis in rebus experimur: sed omnes similiter morum puritatem explicant, & ad divinam similitudinem deducunt, PYTHAGORICAE QUE philosophiæ finem perfectissimum ostendunt; ut in singulorum explicatione patebit: quam statim à primis ordiemur.

IMMOR-

οἷ ἄργυρος, καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος, πρὸς ἃ καὶ τὸ ἀφρέχαν φύσει κέκληται ὁ ΧΡΥΣΟΣ μόνος τ' ἄλλων ἰὸν ἢ ποιῶν, ἐκείνων ἐκφύσει, καθ' ὅσον γῆς μετέχει, καὶ τοσοῦτον καὶ εἰς ἰὸν μεταβάλλοντος. τὸ δὲ γεώδες ἰῷ καὶ τ' ἔνυλον καπίαν λαμβανομένου, τὸ ἄκονον καὶ καθαρὸν γλοῦς, καὶ τὸ πάντη καθαρεῦον πνευμάτος ἦθος, εἰκότως ΧΡΥΣΟΥΝ ἐλέχθη· ἕτω δὴ καὶ πάντα τὰ ἔπη, ὅλα δι' ὅλων ὄντα καλὰ, ΧΡΥΣΑ καὶ θεῖα τ' ἐπιλήσιν ἀναγέγραπται. ἃ γὰρ ὅτι τὸ μὲν αὐτῶν καλὸν, τὸ δὲ κλυὸν, ὥσπερ ἔγια τ' ἄλλων· ἀλλὰ πάντα ὁμοίως τὸ καθαρὸν ἦθος ἐμφαίνει, καὶ πρὸς τ' θείαν ὁμοίωσιν ἀνάγει, καὶ τῆς ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΗΣ φιλοσοφίας τὸν τελειότατον σκοπὸν ἐκκαλύπτει. ὡς ἐν τῇ καθ' ἕκασον ἐξηγήσει σαφὲς γενήσεται. καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τ πρώτων ἀρξώμεθα.

ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ ΜΕΝ ΠΡΩΤΑ ΘΕΟΥΣ, ΝΟΜΩ ΩΣ ΔΙΑΚΕΙΝΤΑΙ, ΤΙΜΑ.

Επειδὴ πασῶν τ' ἀρετῶν ἡγεμών ἐστιν ἡ ἐνεργὸς σύνεσις περὶς τ' θείαν αἰτίαν τ' ἀναφορὴν ἔχουσα, εἰκότως καὶ ἡμῖν ἐν τοῖς ἔπεσι ΝΟΜΩΝ τὸ περὶ ταύτης ἡμῖν παράγγελμα· ὡς νόμοι τοὺς ἐγκοσμίους θεοὺς, καὶ τ' ἐνυπάρχουσαν αὐτοῖς τάξιν, ΤΙΜΑΝ, ἣν ὁ δημιουργικὸς ΝΟΜΟΣ ἅμα τῇ ὑσίᾳ αὐτῶν συμπαρήγαγε, τάξας αὐτῶν τοὺ μὲν ὅλης τῆς πρώτης σφαίρας, τοὺ δ' ὅλης τ' δευτέρας, καὶ ὅλης τ' τρίτης ἄλλους, καὶ ὅπως ἑρεξῆς, μέχρι τῆς πάσης ἡμῖν ὑρανίων κύκλων συμπληρώσεως. τὸ γὸ ἓν ἐπάρχθησαν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ αὐτῶν, καὶ πατρὸς, ταύτην αὐτοῦ ἐγνωκέναι τε καὶ τιμᾶν, τῷ θείῳ ΝΟΜΩ * κατακολουθόντων δεῖ, καὶ τ' ὄντως ΤΙΜΗΝ αὐτοῖς * ἀποδιδόντων, καὶ μήτε ἀφαιρεῖν τ' ἀξίαν, μήτε ἀπολείπειν ταύτης ἐν ταῖς περὶ αὐτῶν ἐννοίαις· ἀλλὰ καὶ τοῦτο αὐτοῦ δεῖ πάσχειν, ὃ γεγόνασι, καὶ ταύτην ἔχειν τ' τάξιν, ἣν εἰλήχασιν, * ἐπὶ τ' δημιουργικὸν μόνον αὐτῶν θεὸν ἀναφέρειν τὸ σέβας, ὃν θεὸν θεῶν κυρίως ἂν εἴποι τις, καὶ θεὸν ὕπατον, καὶ ἄκρον. τ' δὲ ὄντως ἀξίαν τῷ κοσμοποιῷ καὶ

* κατακολουθεῖν
* ἀποδιδόναι,
* ἐπὶ τὸ

IMMORTALES PRIMUM DEOS, SICUT I LEGE DISPOSITI SUNT, HONORA.

Primum immortales Divos pro lege colunto.

QUoniam virtutum omnium dux est pietas, quæ ad divinam causam refertur; jure etiam in LEGIBUS istis, quæ versibus continentur, ab ea exordium sumitur: ut doceatur quo pacto DEOS qui in mundo sunt COLERE oporteat, pro ratione ordinis quem habent ab opifice LEGE cum sua ipsorum statim essentia conjunctum, ex quo primæ quidem sphæræ ab ea addicti alii ordinatique sunt, alii autem secundæ, alii etiam tertiæ, & ita deinceps, donec cœlestium circulorum numerus omnis complerétur. Eos enim ita agnoscere & COLERE, ut sunt ab auctore suo & parente distincti, divinæ LEGI obedire est, verumque honorem ipsis tribuere; non autem eorum dignitatem supra modum attollere, aut ejus aliquid, cum de illis cogitamus, omittere: sed eos etiam id esse credere, quod sunt, & ordinem quem adepti sunt retinere, ad eorum deniq; opificem unicum (quem Deum Deorum proprie, tanquam summum & optimũ, nominare queas) honorem referre. Vere autẽ

Dei,

Dei, à quo mundus arte summa effectus est, dignitatem hac solum ratione invenerimus, si ipsum etiam cæterorum causam exsistere, & naturarum immutabilium, quæ sunt rationis participes, factorem ponamus. DEOS enim IMMORTALES carmen appellavit eos, qui semper, atque eodem modo de Deo opifice cogitant; quique semper ad ejus bonum attenti, ab eodem, quod sunt, nulla vel separatione, vel mutatione accipiant; tanquam sint opificis causæ imagines perturbationum atque vitiorum expertes. Est enim Deo congruum sui etiam imagines ejusmodi producere; non omnes mutationibus atque perturbationibus obnoxias, & quæ in vitia prolabantur; quales ipsi sunt mortalium animi, naturarum ultimæ quæ ratione utuntur; quemadmodum & ipsi etiam IMMORTALES DII, de quibus nunc sermo est, qui summi nuncupantur. Neq; porro, ut ab animis humanis distinguantur isti, IMMORTALES DII nuncupantur; qui divina beatitudine fruantur immortaliter, nec suæ unquam essentiæ, paternæque bonitatis obliviscantur. Sed istis perturbationibus hominum subjacent animi, qui Deum quidem, suamque ipsi dignitatem aliquando cogitent atque complectantur, aliquando etiam eadem excidant. Quo fit etiam, ut merito mortales DII nuncupentur hominum animi, quod moriantur aliquando, cum divinam

vitæ

καὶ ἀεὶ στέχνε δὲ μόνος ἂν ἐξάρειμι, εἰ
καὶ ΘΕΩΝ ἄπον αὐτὰν, καὶ ἀνθρώπων λογι-
κῶν ὁσίων ποιητὴν ἀνσόμεθα. τότις γὰρ νῦν
ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ὀνόμασεν
ὁ λόγος, τοὺς ἀεὶ καὶ ὡσαύτως νοέντας τὸν
δημιεργὸν θεὸν, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ ἀμείνω ἀγα-
θὸν σωτεταγμένους, καὶ ἀπ' ἐκείνου τὸ εὖ
ἀμείπτως καὶ ἀνθρέπτως λαμβάνοντας, ὡς
τῆς δημιεργικῆς αἰτίας αὐτοὺς ὄντας εἰκόνας
ἀπαθεῖς, καὶ ἀκακώτους. πρέπει γὰρ τῷ θεῷ,
καὶ τοιαύτας ἐνοσῆσαι ἑαυτῷ εἰκόνας, καὶ μὴ
πάσας βέπας, καὶ ἐμπαθεῖς τῇ εἰς κακίαν τρο-
φορᾷ. οἷαί εἰσιν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαὶ, τῆς λο-
γικῶν φύσεων τὸ ἔσχατον ὄσαι γένος· ὥσπερ
οὖν ἀκρότατον ὧν νῦν τὸ τῶν ΑΘΑΝΑΤΩΝ
ΘΕΩΝ λεγόμενον γένος. καὶ μήτε πρὸς ἀνπ-
διαστολὴν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ΑΘΑΝΑ-
ΤΟΙ ΘΕΟΙ ἔτι ἐκλήθησ, ὡς μὴ ἀποθνήσκοντες
τὴν θείαν ἐυζωΐαν, μηδὲ ἐν λήθῃ
ποτὲ γινόμενοι, μήτε τῶν ἑαυτῶν ὁσίας, μήτε
τῆς παρὸς ἀγαθότητος. τότοις δὲ ἡ ἀνθρω-
πίνη ψυχὴ τοῖς πάθεσιν ὑπόκειται, ποτὲ μὲν
νοῦσα τὸν θεὸν, καὶ πῶς ἑαυτῆς ἀξίαν ἀπο-
λαμβάνουσα, πολὲ δὲ τότων ἀποπίπτουσα. Διὸ
καὶ εἰκότως ΘΕΟΙ ἐνητοὶ λέγοιντο ἂν ἀνθρώπι-
ναι ψυχαὶ, ὡς ἀποθνήσκουσαι ποτὲ τὴν θείαν
ἐυζωΐαν

ἐυζωΐαν τῇ ἀπὸ θεῦ φυγῇ, καὶ ἀναβιωσκόμενοι αὐτὴν πάλιν τῇ πρὸς θεὸν ὁπισορφῇ· καὶ ὕτω μὸ ζῶσαι τὸν θεῖον βίον, ἐπείνως ἢ ἀποθνήσκουσαι, ὡς οἷόντε ἀθανάτῳ ὐσίᾳ θνατὸν μοίρας μεταλαχεῖν, ἢ τῇ εἰς τὸ μὴ ἔῃ ἐνδέδυσι, ἀλλὰ τῇ τῦ εἶναι ἀποπεφώσι. Διόταν δὲ λογικῆς ὐσίας, ἀθεΐα καὶ ἄνοια, οἷς ἔπεται καὶ ἡ περὶ τὸν βίον ἄμετρος τῶν παθῶν ἐπαγάλεσις. ἐν δὲ τῇ ἀγνοίᾳ τῶ χρειτ[illegible]όνων ἀνάγκη διαλύειν τοῖς χείροσιν· ὧν ἐλαθεσθαι ἄλλως ἀχ οἷόντε, ἢ τῇ δι' ἀναμνήσεως εἰς νῦν καὶ θεὸν ὁπισροφῇ. μεταξὺ δὲ τῶτο λειπομένων ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΘΕΩΝ, καὶ τῶ θνητῶν, ὡς ἔπομεν, ΘΕΩΝ, ἀνάγκη πρῶτον τὸ εἶναι πιώτερον μὸ ἀνθρώπε, κατασέστερον δὲ θεᾶ, τῇ δὲ ἑαυτῦ μεσότητι τὰ πρὸς ἄλληλα συνάπτον, ὥστε τὸ πᾶν λογικῆς τε ὐσίας αὐτὸ ἑαυτῷ συνδεδέδζ καλῶς. τῶτο δὴ μέσον ὅτε παντελῆ ἄγνοιαν τῶ θεῦ ἴσχει ποτὲ, ὅτε παντελῶς ἀκίνητον, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως διαμόνῳ γνῶσιν· ἀλλ' ἀεὶ μὸ γινώσκει, πῶς γὰρ καὶ πῶς ὄκ ἐθέλει, καὶ πάλιν ὅτι ὅτε, καὶ ἤτ[illegible]ον. τῷ μὸ ἀεὶ γινώσκειν, ἀναβέβηκε τῶ ἀνθρωπίνε γένες· τῷ δὲ μὴ ἀβλέπως μηδὲ ὡσαύτως γινώσκειν, ὑπεβέβηκε τῶ θείε, φύσει μέσον ὑπάρχον, καὶ ὅτε σεγκαῖ βλεπωδὲν ἐξ ἀνθρώπε, ὅτε

vitæ probitatem exuentes à Deo recedunt; aliquando etiam reviviscant, cum ad eundem revertuntur: atque ita quidem vivere dicantur, cum vitam divinam degunt; & mori etiam, quantum potest immortalis natura mortalis esse conditionis particeps, non quod exsistere desinat; sed quod vitæ præstantia exciderit. Est enim rationis participis naturæ mors, divinitatis privatio atque mentis; quam sequitur in vita perturbationum vehemens colluctatio. Cum enim meliora ignorantur, deterioribus servire necesse est; nec datur aliter inde ad libertatem transitus, quam illa ad mentem & Deum conversione, quæ recordatione porrigitur. Inter DEOS autem qui vocantur IMMORTALES, & mortales, quos ita nominamus, speciem quandam homine quidem superiorem, Deo autem inferiorem habere necessum est; qua media sic inter se cohæreant, ut integra natura quæ rationis est particeps, ipsa secum recte copuletur. Quod ergo ejusmodi medium est, nec mera Dei ignoratione tenetur unquam, nec immobilem omnino, atq; eandem perpetuo ejusdem habet notitiam: sed semper quidem cognoscit, alias autem atque alias adjicit; idq; magis aliquando, aliquando etiã minus. Et eo quidem ipso quod intelligit semper, humanam naturam superat: eo vero, quod non absq; mutatione, nec eadem perpetuo ratione, à divina superatur, medio loco natura subsistens, neque proficiendo homine fa-

Disputat hoc loco qualiter se cum amicis gerere oporteat. Et primum quidem, debere nos ipsis sponte cedere, cum suadent quæ honesta sunt; & cum omnia quæ faciunt ad nostram utilitatem referunt. In hoc enim quod commune bonum est lex amicitiæ connectit, ut ad virtutis amplificationem ab ipsis adjuvemur, illique vicissim à nobis. Decet enim eos, qui tanquam commune iter bene vivendi conficiunt, quod alius alio melius prævideriit, idipsum etiam in communem utilitatem conferre: nec solum bene monentibus amicis CEDERE LENITER; sed eodem animo illis etiam bonarum rerum communionem porrigere: neque unquam de pecuniis, aut gloria, aut re alia hujus generis fluxa & caduca, cum illis con-

5 ΠΡΑΕΣΙ Δ' ΕΙΚΕ ΛΟΓΟΙΣ, ΕΡΓΟΙΣΙ Τ' ΕΠΩΦΕΛΙΜΟΙΣΙ. 7 ΜΗΔ' ΕΧΘΑΙΡΕ ΦΙΛΟΝ ΣΟΝ ΑΜΑΡΤΑΔΟΣ ΕΙΝΕΚΑ ΜΙΚΡΗΣ, 8 ΟΦΡΑ ΔΥΝΗΙ ΔΥΝΑΜΙΣ ΓΑΡ ΑΝΑΓΚΗΣ ΕΓΓΥΘΙ ΝΑΙΕΙ.

Πῶς δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς φίλοις ἐνταῦθα διαλέγεσθαι. καὶ πρῶτον μὲν, ὅπως τὰ καλὰ εἰσηγεμένοις αὐτοῖς, καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ προάγεσιν ὁποιῶ, ἑκόντας δεῖ πειθαρχεῖν. πρὸς γὰρ τοῦτο τὸ κοινὸν ἀγαθὸν ὁ τῆς φιλίας συνάπτει νόμος, ὅπως ἐμεῖς γε ὠφελώμεθα παρ' ἐκείνων εἰς ἀρετῆς ὁπόσον, καὶ παρ' ἡμῶν ἐκεῖνοι. ὡς γὰρ κοινωνὸν ὄντα τῶν ἀείσε βίου περιόμενος, ὅταν ἄν ἄλλος ἄλλου προείδῃ μᾶλλον, τοῦτο καὶ εἰς κοινὸν ὄφελος καταπίπτεσθαι δεῖ, ΠΡΑΩΣ μὲν ΕΙΚΟΝΤΑΣ τοῖς καλῶς ὑφηγουμένοις ἀλλ' ΦΙΛΩΝ, πραέως δὲ αὐτοῖς ἀλλ' καλῶν τὴν κοινωνίαν προτείνοντας· μὴ δ' χρημάτων, ἢ δόξης, ἢ τινος ἄλλου ἀλλ' ἐκ τῆς ὄντως συσχέσεως μηδεπώποτε αὐτοῖς διά-

διαφερομένους. τοῦτο γὰρ ἐν ΑΜΑΡΤΑΔΟΣ ΕΙΝΕΚΑ ΜΙΚΡΗΣ εἰς ἀπέχθειαν καθίσταθαι τοῖς περὶ τὰ μέγιστα ἀγαθὰ φίλοις ἡμῖν ὑπάρχουσιν. εἰς πάντα δὴ τοὺς φίλους ἀνεξόμεθα, ὡς ὑπὸ μεγίστης ἀναγκης τῆς φιλικῆς διαθέσεως περιόμενοι, πλὴν ἑνός. ἂν δὲ καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ὑποφερομένοις αὐτοῖς εἴξομεν, ἂν δὲ μεταβαλομένοις ἐκ τῆς πρὸς φιλοσοφίαν σπουδῆς, εἰς ἑτέραν τινὰ τῶν βίων προθεσιν ἐπακολουθήσομεν καὶ αὐτοὶ συνεκφερόμενοι τοῖς ἀποκλίνουσιν ἀπὸ τῆς πρὸς ἀρετὴν σκοπῆς· ἀλλὰ μάλιστα μὲν πάσῃ μηχανῇ πειρασόμεθα τὸν φίλον ἐπανορθώσασθαι· μὴ πείθοντες δὲ ἡσυχάσομεν, ἅτε ἐλθεῖν ποιέμενοι, διὰ τὴν προϋπηργμένην φιλίαν, ἅτε φίλον ἔτι, διὰ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολήν. ὥστε τοῦτον χαίειν τὸν φίλον ποτὲ ἀποθησόμεθα, ὡς μηκέτι δυνάμενον εἶναι κοινωνὸν ἡμῖν ἀρετῆς, ἧς ἕνεκα καὶ τὴν ἀρχὴν φίλον αὐτὸν ἐποιησάμεθα. ἡ δὲ ἀπόθεσις φυλαττέσθω τὸ μὴ εἰς ἔχθραν μεταπεσεῖν. δεῖ γάρ, εἰ καὶ χεῖν θ' τῆς φιλίας ἑαυτὸν ὑπεξήγαγον, ἡμᾶς γοῦν πλείστην ὁπομέλειαν ποιεῖσθαι, ὅπως ἐπαναχληθείη πρὸς τὸ κρεῖττον, μὴ ἀπαξαπάντων τὸ ἀπόπτωσιν τοῦ φίλου, μὲ δὲ ὑποφερομένων τὸ καταδεὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης· ὀδυσσ-

contendere. Idipsum enim est PROPTER LEVE PECCATUM in ODIUM eorum incurrere, qui in rebus maximis atque honestis amici nobis sunt. Sunt igitur nobis in omnibus amicitiæ vinculo, tanquam maxima necessitudine constrictis, ferendi amici, præterquam in uno. Non enim illis cedemus, si ruant in deterius: nec sequemur etiam, si à sapientiæ studio ad aliud aliquod vitæ institutum, relicto virtutis scopo, transeant: sed totis viribus conabimur in vitam rectam reducere. quod si & id minime adsequemur, tum pacem amplexi, nec ad inimicitiam provocabimus, propter familiaritatem quæ præcessit; nec ad amicitiam adhuc, propterea quod ad illa quæ sunt deteriora defecerint. Est igitur ob id amicus à nobis aliquando rejiciendus; tanquam virtutis, cujus gratia nobis necessarius fieri cœperat, particeps amplius esse non queat. Caveat autem qui rejicit, ne eo ipso incurrat in odium. Decet enim nos, quamvis ab amicitia seipsum quis substraxerit, curare diligentissime ut ad id quod decet revocetur: non amici casu lætari, ejusque judicii inopiam despicere; sed

sed lugentes potius atque flentes ipsius vicem dolere, votisque sublevare: omnia denique facere & moliri quibus ad salutem pœnitentia reducatur. Atque hæc quidem fuerint, non de pecuniis cum ipso, non de gloria contendere: non etiam cum injuria societate privare: non propriam denique ambitionem ejus miseriam ducere. Quoniam autem ad amicos optime tuendos, justaque ratione deserendos, & ad revocandos etiam cum illos pœnitet, plurimum confert si injurias facile toleremus; sique de re nulla cum amicis vel agamus anxie, vel exacte nimis ad calculos aliqua revocemus, sed quantum ipsa ferre potest animi patientia: ideo QUANTUM POTES, adjicit. Ne quis deinde POTESTATEM voluntatis ratione metiretur, sed naturæ viribus, quantum NECESSITAS accedens postulat; VIRES JUXTA NECESSITATEM HABITARE addidit. Majora enim quam arbitratur, NECESSITATE præstare quisque deprehenditur. Sunt igitur tantopere ferendi amici, quantum nos docet posse NECESSITAS; & quod repente tolerari non posse videbatur, amicitiæ NECESSITATE tolerabile reddendum.

Non

ἐδυσμιδέας ἢ μᾶλλον, καὶ ἀφιωθῆναι * τῆς * καὶ τὸ
καρδιάζειν αὐτῷ, καὶ καρδιάζειν· καὶ πάντα πει-
ρᾶσθαι ποιεῖν τὰ πρὸς τὸ ἐν μεταμελείας εἰς
σωτηρίαν αὐτὸν ἐπανάγοντα. πρῶτα δὲ ὅτι, πρό-
τερα δεῖ χρημάτων, ἢ δόξης αὐτῷ μὴ διαφέρε-
σθαι, καὶ πρὸ, μὴ ἐφ' ὕβρει τὴ κοινωνίας αὐτὸν ἀπο-
στερεῖν, μηδὲ φιλοτιμίαν τὴ * ἑαυτῷ δυσχέραν * ἐκείνῳ
ἡγεῖσθαι. ἐπειδὴ ἢ καὶ πρὸς τὴ ἀεὶ σῶν φίλων
πίστιν, καὶ τὴ εὔλογον ἀπόδοσιν, καὶ πρὸς τὸ ἐν
μεταμελείας αὐτῷ ἐπανάκλησιν, πλεῖστα συμ-
βάλλεται τὸ ἡμέτερον ἀνεξίκακον, καὶ δεῖ μη-
δενὸς πρὸς τοὺ φίλες μετρολογούμενον, μηδὲ
ἐξεταστικὸν πρὸς ἀκείβειαν, ἀλλ' ὅσον οἷόντε
εὐσυμπαθητικόν. διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν ΟΦΡΑ
ΔΥΝΗ. εἶτα, ἵνα μὴ τὸ ΔΥΝΑΜΙΝ
τῷ τῆς περιεργίας μέτρῳ καταύξῃ τις, ἀλλ'
αὐτῷ τῆς φύσεως φορητῷ, ὅσον ἡ ΑΝΑΓ-
ΚΗ περιελθοῦσα ἐξαναγκάζει· ἐπήγαγεν,
ΔΥΝΑΜΙΣ ΓΑΡ ΑΝΑΓ-
ΚΗΣ ΕΓΓΥΘΙ ΝΑΙΕΙ.
ἔχας ἢ δὲ ὧν οἶδ' ΔΥΝΑΣΘΑΙ πλέον
ΔΥΝΑΜΕΝΟΣ ἀπὸ τῆς ΑΝΑΓΚΗΣ
ἐλέγχει. ποσῶν ἂν περιυμεῖσθαι χρὴ φί-
λων ἀνέχεσθαι, ὅσον ἡ ἀνάγκη δείκνυσιν ἡμᾶς
ΔΥΝΑΜΕΝΟΥΣ· καὶ τόγε ἐξαίφνης ἀφόρη-
τον φανὲν, τῇ τὸ φιλίας ἀνάγκη φορητὸν ποιεῖν,

μὴ γὰρ δή που τὰ θεῶν βίαν ὑπομένοντα μόνα οἰόμεθα φεύγειν ἡμᾶς ἀσυμβόλους· ἀλλὰ καὶ τὰ θεῶν φυλακὴν ἔχοντα ΦΙΛΩΝ, καὶ ἀνάκλησιν σωτείνοντα, μείζονος ἀσφαλείας ἄξια δεῖ νοεῖσθαι, ὡς τῆς θείας ΑΝΑΓΚΗΣ ὑπερτάγματα. θναπόστροφα δ' ἔστω τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἡ τοῦ νῦ ΑΝΑΓΚΗ, καὶ ἔξωθεν βίας. εἴτε ἐν θεοῖς τὸν ἐν θεοπάτορος ΑΝΑΓΚΗΝ ἀπίθοις, εἴτε περὶ ἡμᾶς, καὶ ἐν ἔμψυχοις ὄρων συμπληρωμάτων, καὶ ἐν τῇ θείων νόμων καθήκουσα, ἐξαρήσεις τὸ ἐνυπάρχον τοι καὶ ΔΥΝΑΜΕΩΣ μέτρον, ἀγνῶς ὁ λόγος εἰσηγεῖται δεῖν τοῖς ΦΙΛΟΙΣ εἰσφέρειν, ἐν τῷ θεραπεύειν μὴ θεραπείας αὐτοῖς εἰς ἀπέχθειαν καθίστασθαι· ΑΜΑΡΤΑΔΟΣ ΕΙΝΕΚΑ ΜΙΚΡΗΣ· τὰ ἔξω δὲ ψυχῆς πάντα μικρὰ πάσχοντος, καὶ ἀπαραδόντων μὴ φεισθῆναι τούτων· ΦΙΛΟΝ ΕΧΘΡΟΝ ποιεῖν· διαφορείας δὲ μᾶλλον τῇ περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τὸ ἀποπεσόντα ΦΙΛΟΝ ἀνακαλεῖσθαι, καὶ πάντα χὴ τοῦτο ἑαυτοῖς σωφρόνως, ὅπ ὅσον ἐφ' ἡμῖν καὶ τοὺς ὄντας ΦΙΛΟΥΣ ἐπιμήσαμεν, καὶ τοὺς πρὸς τὸ χεῖρον ἐνεχθέντας ἀνεπισπάμεθα· καὶ ὅπερ ἀρχὴν εἰς ΕΧΘΡΑΝ πᾶσ' ἀπεσπάσθαι, ὅτι παρ' ἑαυτὸν ἡδόμενον ΕΧΘΡΟΝ τοῖς

Non enim profecto solum quæ vi cogimur, forti animo ferri debere arbitramur: sed ea etiam quæ ad conservandos atque revocandos amicos conferunt, majore patientia digna esse debemus existimare, tanquam divinæ NECESSITATIS mandata. Est vero potentior apud eos, qui recte sapiunt, mentis NECESSITAS, quam quæ foris accedit. Sive igitur ad eam te convertas, quam pariunt negotiorum circumstantiæ, sive ad eam etiam quæ libera, disciplinæque terminis contenta, divinis legibus congrua est: inveneris sane quod in te est POTESTATIS ratione mensurari, quam nunc versus amicis exhiberi postulat, dum LEVIORIS PECCATI OCCASIONE in eorum odium incurrere prohibet, omnia quæ extra animum sunt parvi faciens, & vetans, ne illorum cupiditate ex amico inimicum faciamus: sed uti potius rebus ejusmodi contemptis, amicum revocemus, si defecerit; & nobis ubique ipsi conscii simus, nullis eorum quæ poteramus prætermissis, non eos solum qui amici erant, conservasse, sed recuperasse etiam, qui se ad deteriora subtraxerunt; nullius denique odii principium dedisse, nec ei à quo primum orta sit injuria,

parem repoſuiſſe. hæc enim ſubindicat amicitiæ divina lex, maximæ profecto virtutis, & quæ cæteras, tanquam perfectiſſima, ſupereminet. Eſt enim virtutum limes ultimus amicitia; principium verò pietas. Eſt etiam nobis & pietatis ratio, ſemen bonorum omnium; Amicitiæ verò habitus, perfectiſſimus virtutum fructus. Quemadmodum igitur juſtitiæ nobis eſt habenda ratio, non apud eos tantum qui juſte nobiſcum ſe gerunt, ſed qui damnum etjam conantur inferre, ne injuriam referendo, in eandem vitii pravitatem deveniamus: ſic decet etiam amicitiam retinere, id eſt, humanitatem erga omnes, qui ejuſdem nobiſcum generis communione utuntur, colere. Optime autem & convenienter amicitiæ ordo ſervabitur, ſi bonos, tanquam qui hominis perfectionem retinuerint, & propter naturam etjam, animique ſignificationem, omnino amplectamur: malos autem amemus propter naturam ſolum, tanquam nihil ab animo ad amicitiæ ſuſceptionem afferant. Unde fit etiam, ut recte dicatur virum bonum odiſſe neminem, ſolumque ſibi amicum exſiſtere. Cum enim bonum diligit, non eum qui malus ſit putat inimicum. Sin autem virtute præditum quærit ad ſocietatem, ex omnibus eum deligit qui probus ſit; atque in amicitiæ legibus

Deum

τοῖς ἴσοις ἡμεν φάμενδα. ταῦτα γὰρ ὁ τῆς ΦΙ-
ΛΙΑΣ ὑπαγορεύει θεσμὸς μεγίστης ὕσης ἀρε-
τῆς, καὶ τῆς θεμένοις, ὡς *τελειότητος ὀπφαινομέ- * κβ' τε-
νης. πέφυκε μὲν γὰρ πρὸς ἀρετὴν ἡ ΦΙΛΙΑ· ἀρχὴ δὲ λιτοτάτης εὐσεβείας. καὶ ἔστιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος σύνθημα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἡμῖν· ἡ δὲ τῆς φιλίας ἕξις ὁ τελειότατος τῆς ἀρετῆς καρπός. ὥσπερ οὖν δικαιοσύνης ποιεῖσθαι δεῖ λόγον, οὐ μόνον πρὸς τοὺς δικαίους ἡμῖν προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀδικεῖν ἐγχειροῦντας, ἵνα μὴ τῷ ἀνταδικεῖν εἰς τὴν ἴσην καταξίαν αὐτοῖς ἔλθωμεν· οὕτω καὶ τῆς ΦΙΛΙΑΣ ἀντέχεσθαι δεῖ, τυτέστι τῆς φιλανθρωπίας πρὸς ἅπαντας, οἷς τῆς γῆθυς ἡμῖν κοινωνοῦσιν. ἐν τάξει δὲ τῇ πρεπούσῃ τὰ τῆς ΦΙΛΙΑΣ μέρη ποιησόμεθα, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, ὡς ἀποσώζοντας τῆς ἀνθρώπου τελειότητα, καὶ διὰ τὴν φύσιν, καὶ τὴν γνώμην, παντοίως ἀσπαζόμενοι· τοὺς δὲ φαύλους, ὡς μηδὲν ἀπὸ γνώμης εἰς αἵρεσιν ΦΙΛΙΑΣ ὑπεχοντας, διὰ δὲ μόνην τὴν κοινὴν φύσιν ἀγαπῶντες. διὸ καὶ λέγει ὁ ἱερὸς λόγος, ὡς ἐλεεῖς ΕΧΘΡΟΣ τῷ ἀναθάφ καὶ μόνος ὁ ἀγαθὸς αὐτῷ ΦΙΛΟΣ. εἰ μὲν γὰρ τὸν * ἄνθρωπον ΦΙΛΕΙ, οὐδὲ τὸν κακὸν ΕΧ- * κγ' ἀσφα-
ΘΡΟΝ πάθεις· εἰ δὲ τὸν ἀρετῇ μεκοσμημένον δὸν
ζητεῖ πρὸς κοινωνίαν, τὸν ἀγαθὸν ὁμ πάντων
ὁμολέγεις, μιμούμενος καὶ ἐν τοῖς τῆς ΦΙΛΙΑΣ

μέτροις † θεὸν, ὃς μοτῆ μὲν ἑνὶ ἀνδρῶν, τὸν δ' ἀγαθὸν διαφερόντως ἀπαίζει. τὸ γὰρ τῆς φιλανθρωπίας ἀγαθὸν κοινῷ τῷ γένει προτείνων, πᾶς προσηκόσης μοίρας ἕκαστον ἀξιοῖ· τοὺς μὲν ἀγαθοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἀνάγων, τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς φυγάδας, τοῖς τῆς δίκης νόμοις πρὸς τὸ δέον ἀποδύνων. τοῦτο γὰρ τοῖς ἑκατέροις σύμμετρόν τε καὶ ὠφέλιμον. ὅτως καὶ ἡμᾶς προσοίσει † φιλίαν τηρεῖν πρὸς πάντας ἀνθρώπους μὴ τῆς πρὸς τὸν ἀξίαν ἐπογεμίσεως. καὶ γὰρ ζωφρονοῦμεν καὶ δικαιοσυνῶμεν πρὸς ἅπαντας ἔχομεν, καὶ ὁ πρὸς μόνους τοὺς δικαίους καὶ σώφρονας· ἀλλ' ἀγαθοὶ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς ἐσόμεθα, κακοὶ δὲ τοῖς κακοῖς. ὅταν γὰρ ἐμφρόνως συμμεταδημόμενοι τοῖς προσήκουσιν, ὑδὲν οἰκεῖον ἔχομεν ἀγαθὸν, ὃ διὰ παντὸς, καὶ πρὸς πάντας τηρήσομεν. εἰ δ' ἔξιν τινὰ ἀρετῶν κεκτήμεθα, ἐπ ἔστιν ὅπῃ τῷ βελομένῳ ταύτης ἡμᾶς ἀποξῆσαι· ὑδὲ τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰς διαθέσεις σωθησοιώσομεν τὸ μόνιμον τῆς ἀρετῆς εὐτυχοῦντες. ὅπερ καὶ ὅπῃ πρὸς ἄλλων ἀρετῶν, τοῦτο δὲ καὶ ὅπῃ τῆς φιλίας δεήσει φυλάττειν, * φιλανθρωπίας, ὡς ἔφαμεν, μεγίσης ὔσης ἀρετῆς· φιλανθρωπίας δὲ κοινῶς μὲν πρὸς ἅπαντας, ἰδίως δὲ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς θεωρουμένης, ὅπ καὶ τὸ τῆς φιλανθρωπίας ὄνομα

* χ' φιλίας.

Deum ipsum imitatur; qui nullum quidem solet odisse, sed eum maxime qui bonus sit amplecti atque diligere. Amoris enim commoda universo mortalium generi proponens, parte sua quemlibet dignum existimat: eosque qui probi sunt, ad se evocat; virtutis autem desertores atque profugos, justitiæ legibus ad id quod rectum est dirigit atque ducit. Est enim id utriusq; congruum atque utile. Sic etiam fuerit operæpretium amicitiam cum omnibus, adhibita singulorum dignitatis observatione, colere. Conveniat siquidem temperantem & justum apud omnes exsistere, non apud justos & temperantes solum; ut neque bonos cum bonis, & improbos cum improbis. Ita enim facile cum iis quæ solent accidere, mutationi obnoxii, nihil boni amplius possidebimus, quo semper & apud omnes utamur. Quod si virtutis habitum nobis ipsi comparavimus, non est in alicujus voluntate positum, ut ab eo nos removeat; neque ut virtutis firmamentum adepti, dispositiones certas cum quibuslibet commutemus. Quod quidem cum in aliis virtutibus fieri soleat, tum vero in amicitia præcipue observandum est: quam supra, virtutem esse maximam diximus. Est vero amicitiæ studium communiter quidem in omnes, sed præcipue erga bonos ideo colendum, quod eidem humanitatis

nomen præcipue inserviat. Sed de istis hactenus: ad ea quæ sequuntur deinceps pergamus.

ILLA QUIDEM SIC HABETO. SED HIS ETIAM DOMINARI ASSUESCE: IO INPRIMIS VENTRI; ATQUE SOMNO: DEINDE LIBIDINI; ITA ATQUE IRAE.

Illa quidem teneas: sed & hæc compescere disce:
Inprimis ventrem, somnum, veneremque: deinde Iram.

Coercere oportet ista omnia, & regere, ne rationem interturbent. Age igitur, perturbationes omnes rectis institutis in ordinem cogamus, atque frænemus; quando harum etiam partes aliæ aliis vicissim vitia subministrant. Verbi gratia; Qui multo cibo refertus est VENTER, SOMNUM etiam multum inducit. Utraque autem seminis copiam: quæ ad res Venereas immoderate & ipsa excitant; animique partem, quæ in appetendo posita est, ad intemperantiam provocant. hæc autem IRAE rursum addita nullum non certamen suscipit: partim quidem cibum & potum sectando; partim vero scortorũ nomine depugnãdo; & alias etiã aliquãdo voluptates pertinaciter venando, atq; amplectendo. ISTIS igitur DOMINARI ASSUESCE, ducto

ὄνομα αὐτῇ μᾶλλον ὀπηρέπει. ταῦτα γὰρ περὶ τύπων· ὅπῃ γὰρ ἤν ἐξῆς περιώμεθ.

9 ΤΑΥΤΑ ΜΕΝ ΟΥΤΩΣ ΙΣΘΙ, ΚΡΑΤΕΙΝ Δ' ΕΙ-ΘΙΖΕΟ ΤΩΝΔΕ· 10 ΓΑ-ΣΤΡΟΣ ΜΕΝ ΠΡΩΤΙ-ΣΤΑ, ΚΑΙ ΥΠΝΟΥ, ΛΑ-ΓΝΕΙΗΣ ΤΕ, 11 ΚΑΙ ΘΥΜΟΥ.

Συελλειν δεῖ ταῦτα πάντα, ἢ πάτλειν, ἵνα μὴ παρενοχλῇ τὸν λογισμόν. φέρε ἓν, ἀγοράν ἄλλων ἐν τάξει χαλινώσωμεν ὀρθαῖς παιδαγωγίαις· ἐπειδὴ καὶ τὰ παύτης μέρη χρηστὰ ὄντα κακίας ἀμήλοις ἐφεξῆς. οἷ, ΓΑΣΤΗΡ ἄγαν πλεονεμένη ΥΠΝΟΝ πολλὰ ἐπάγεται. ἀμφότερα δὲ ἀφθονίαν παρέχεται σίτεσματος, ὅπῃ ἀμέτρως ἐγείρει πρὸς ἀφροδίσια, καὶ τὸ ὀπτυμπτικὸν τῆς ψυχῆς φορὸς τὸ ἀκόλαστον ἐποξύνει. τούτῳ δὲ τὸ θυμικὸν ζωπυρούμενον διὰ πάσης ἴεται μάχης, νυῖ μὲν στρατὰ καὶ ποτὲ ἐνδιαῖτον, νυῖ δὲ περὶ ἑτέρας μαχόμενον, καὶ ἄλλοτε ἄλλας ἡδονὰς φιλονικῶν κλήσασθαι. ΚΡΑ-ΤΕΙΝ ἓν ΕΘΙΖΟΥ ΤΟΥΤΩΝ,

ἀπὸ

ἀπὸ τῆς ΓΑΣΤΡΟΣ πρώτης ἀρξάμενος, ἵνα τῶ τε λόγῳ κατήκοα γίγνηται τὰ ἄλογα τῆς ψυχῆς εἴδη· καὶ αὐτὸς ὅπῃ σωτῆρ' εὐσέβειαν, καὶ τὴν πρὸ γονέας τιμὴν, καὶ πάντα, ἃ μακρῷ πρόσθεν παρήνεσεν ὁ λόγος, ἀπαραχάρακτα φυλάξαι δυνηθῆς. Δυώδεκα γὰρ τῆς ἡμῶν σωτέρων τηρήσεως ταυτὶ τὰ ἑπόμενα. ἐπεὶ παραδεδειπὰν πάντα ἐκεῖνα, μὴ ἑπομόρων τῷ λογισμῷ τῆς παθητικῶν δυνάμεων. ἡ γὰρ ΘΥΜΟΣ ἐξετάραξε κατὰ γονέων, ἡ ἐπιθυμία πρὸς ἀπείθειαν αὐτῆς ὤπλισε. καὶ πάλιν, ἡ θυμὸς πρὸς βλασφημίαν ἤγειρεν, ἡ ἐπιθυμία χρημάτων πρὸς ὀπορκίαν. καὶ ὅλως τὰ κακὰ διὰ ταύτας πορίζεται τὰς δυνάμεις, μὴ τῆς λογικῆς ὑσίας πρὸς τὸ κρεῖττον αὐτὰς ἀπαθανατούσης. ἐντεῦθεν ἀσέβειαι παντοῖαι, καὶ πόλεμοι συγγενικοὶ, καὶ φίλων περιθρύψεις, καὶ πάντα τῆς παρανομίας τὰ εἴδη, ὡς καὶ βοᾶν ἀναγκάζεσθαι *πᾶσας·

* κατὰ πάντας τὰ εἴδη, ὡς καὶ βοᾶν ἀναγκάζεσθαι πάσας.

—Μανθάνω μὲν οἷα * μέλλω δρᾶν κακά.
Θυμὸς γὰρ κρείσσων τῆς ἐμῆς βουλευμάτων.

* κατὰ μῆνιν * ἄλλως γὰρ, ἢ τοῦ αὐτοῦ, "μηδὲ βοᾶν,

—Μανθάνω μὲν οἷα μέλλω δρᾶν κακά.
Ἐπιθυμία γὰρ κρείσσων τῆς ἐμῆς βουλευμάτων.

* κατὰ δοκεῖ καὶ εὖ μέν μοι * δοκεῖς λέγειν,

—Πέπυσθα γὰρ τὰ τῆς πολλῶν πάθους·
Οὐ πάνυ πείθομαι.——

Τὸ

ducto statim A VENTRE PRINCIPIO, ut quæ ratione carent animæ partes ipsam sequantur; tuque etiam pietatem in te, & honorem erga parentes, cæteraque omnia ad quæ prius hortatus est, tueri semper atque servare valeas. Possunt enim quæ prius dicta sunt observari, si fiant quæ sequuntur. Fuerint namque violata illa omnia, nisi quæ perturbationibus obnoxiæ sunt facultates rationi obtemperent. Aut enim ira in parentes commovebit, aut armabit cupiditas adversus eorum consilia. Et rursum aut ira ad blasphemiam provocabit, aut pecuniarum cupiditas ad perjurium. Nulla non denique, ut semel dicam, ab istis facultatibus mala oriuntur, si minus ad id quod decet à ratione dirigantur. Inde cujuslibet generis impietas. Inde bella inter consanguineos. Inde amicorum proditiones, cæteraque flagitiorum genera, quibus fit, ut exclamare cogatur illa;

——Non me latent quæ conor ego nunc mala:
Sed ira major est consilio mihi.
Et alios etiam, aut eadem alias;
——Non me latent quæ conor ego nunc mala:
Sed mente fortior cupiditas mihi.
Nec absurde sane mihi videtur dicere;
——Laboro valde communi malo.
Haud ferme suadeor.——

Quod

Quod enim rationis particeps genus est, eum bene se ad honestarum rerum perceptionem natura habeat, facile reminiscitur, & ad rectæ rationis disciplinam nullo negotio excitatur; nisi perturbationum vi, tanquam laminis quibusdam plumbeis, ad vitia deorsum rapiatur. Oportet igitur & nos etiam nosse quæ decent, ipsasque rationis expertes facultates (quantum possumus) ita regere, atque moderari, ut rationi, quæ in nobis est, obtemperent. quibus in ordinem ita coactis, tum demum poterit ipsa ratio, nulla unquam facta distractione, prima præcepta, de quibus antea intelligit, cùm, ILLA QUIDEM SIC TENEAS, dixit, observare. De cæteris autem, quæ sequuntur, illa usurpavit, quibus DOMINARI ASSUESCENDUM subjunxit; ut quod est ratione præditum, disciplina atque scientia regi debere significaret; quod autem ea destituitur, assuetudine & formatione quadam corporea indigere: qua ratione quæ bruta dicuntur, ab hominibus agi consuetudine tantum videmus. VENTER igitur qui moderata appetere CONSUEVERIT, non cæteras tantum corporis cupiditates præbebit præstantiores, sed IRAM etiam faciet remissiorem; ut de his placide, quæ justa sunt, consilium ineamus, neque perturbationibus internis exagitemur: unde & nosse ipsi quid vere simus, & revereri quod noverimus, discamus.

Nascitur

Τὸ δὲ λογικὸν ἦθος πρὸς πᾶν ἦθος κλυδωνιζόμενον ἀσθενὲς εὐφυῶς διακείμενον, εὐανάμικτον καὶ εὐέγκρατον πρὸς πᾶν τὸ ἀρθὸν λόγε διδασκαλίαν, ὅταν μὴ ἡ παιδιπκαῖς ὀλκαῖς, ὥσπερ ποσὶ μολυβδίσιν, ὑποφέρηται πρὸς κακίαν. Δεῖ δὲ καὶ αὐτὸν ἡμᾶς εἰδέναι τὰ δέοντα, καὶ τὰς ἀλόγους διαθέσεις ἐξίστασι, ὅσον οἷόντε, καὶ αὐτὰς τῷ ἐν ἡμῖν λόγῳ συνέπεσθαι. ἕπω δὲ ταχθέντων πᾶσι παιδῶν, ἱκανὸς ὁ λογισμὸς γένοιτο ἂν ἀσφαλῶς φυλάξαι τὰ ῥηθέντα παραγγέλματα, περὶ ὧν εἴρηται,

ΤΑΥΤΑ ΜΕΝ ΟΥΤΩΣ ΙΣΘΙ.

περὶ δὲ πᾶσι ἑξῆς, ΕΘΙΖΟΥ ΚΡΑΤΕΙΝ εἶπεν, ἐνδεικνύμενος, ὅτι τὸ μὲν λογικὸν διδασκαλίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ πάθεται· τὸ δὲ ἄλογον ἐθισμοῖς καὶ πλάσεσι τρόπον τινὰ * σωματικῶς. ἕπω δὲ καὶ τὰ ζῶα τὰ * χ' σωμ ἄλογα μόνῳ ἔθει ἄγεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. μαθικοῖς ἐθισθεῖσα ἡ ΓΑΣΤΗΡ ζητεῖν μέτρα, τάς τε ἄλλας ἐπιθυμίας τὸ σώματος κοσμιωτέρας παρέχεται, καὶ τὸν ΘΥΜΟΝ ἐμμελέστερον, ἵν' ἐφ' ἡσυχίας τὰ περὶ τῶν δεόντων βουλευώμεθα, μὴ ζόφδρα ὑπὸ τῶν ζωοικόντων παθῶν ἐλαυνόμενοι. ὅθεν καὶ τὸ ἑαυτὸν γνῶναι ὁ ἐσμὸς τῆς ἀρετῆς, καὶ τὸ αἰδεῖσθαι ὡς ἔγνωμεν, διδασκόμεθα.

ἐκ

ἐκ δὲ τῆς γνώσεως ταύτης, καὶ τῆς Ζωσιμιούσης αὐτῇ αἰδοῦς, ἡ ἦθος αἰσχρῶν φυγὴ παραγίνεται. τὸ γὰρ κακὸν αἰσχρὸν λέγουσι, ὡς ἀφροσύνη, καὶ ἀνάξια δράσαι ὑπὸ λογικῆς οὐσίας, περὶ ὧν τὰ ἑξῆς ἔπι λέγει.

11—ΠΡΗΞΕΙΣ Δ' ΑΙΣΧΡΟΝ ΠΟΤΕ, ΜΗΤΕ ΜΕΤ' ΑΛΛΟΥ, ΙΣ ΜΗΤ' ΙΔΙΗ. ΠΑΝΤΩΝ ΔΕ ΜΑΛΙΣΤ' ΑΙΣΧΥΝΕΟ ΣΑΥΤΟΝ.

Ἡ γὰρ καθ' ἑαυτοὺ ΠΡΑΤΤΟΝΤΕΣ τι ΑΙΣΧΡΟΝ, ἀλλάφοσιν αὐτὸ ἡγέμεθα, ὃ μεθ' ἄλλου ἂν ΕΠΡΑΞΑΜΕΝ πολὺ, ἢ κοινωνὸν τῆς ΠΡΑΞΕΩΣ ΑΙΣΧΥΝΟΥΜΕΝΟΙ· ἢ ἀνάπαλιν, συμπεριφερόμενοί τι ΠΡΑΤΤΟΜΕΝ ἃ μὴ ποτ' ἂν καθ' ἑαυτοὺ ἐθράσαμεν, τῇ κοινωνίᾳ τῶν συμπραττόντων εἰς παῤῥησίαν τῶν ἔργων περικαλύμενοι. Διὰ τοῦτο περικαθεῖλεν ἑκατέραν ὁδὸν τῆς εἰς τὸ ΑΙΣΧΡΟΝ καὶ τὸ κακὸν περιεκβάσεως. εἰ γὰρ τὸ ΑΙΣΧΡΟΝ τῇ ἀληθείᾳ φοβητὸν, * οὐχ ἅπαντες διὰ τοῦτο αἰσχυνθήσονται αἰσχρὸν ἡγήσοιτο. Διὸ Ζωσίμας εἶπε, ΜΗΤΕ ΜΕΤ' ΑΛΛΟΥ, ΜΗΤ' ΙΔΙΗ· ἵνα

* χρ' ἂν ἂν ποτε.

Nascitur vero ex cognitione hujusmodi, atque pudore qui ad eundem accedit, fuga turpium. Turpia enim quæ mala sunt nominantur; tanquam indecora & indigna quæ fiant ab homine: de quibus versus qui sequuntur adjicit.

11 COMMITTE VERO NIHIL TURPE UNQUAM, NEQUE ALIO PRÆSENTE, 12 NEQUE PRIVATIM: SED OMNIUM MAXIME TUI TE PUDEAT.

—Nec quidquam sociis aut testibus, aut te Solo turpe geras. Summus pudor ipse tibi sis.

Aut enim, cùm TURPE aliquid SOLI FACIMUS, indifferens illud arbitramur, quod CUM ALIO nunquam FECISSEMUS, communicationis PUDORE deterriti: Aut contra, nonnulla ipsi præsentibus aliis FACIMUS, à quibus omnino abstineremus, si sociorum communione non invitaremur. Quo fit, ut utramque viam ad id quod TURPE & malum est, statim amputarit. Si enim quod turpe est re vera fugiendum est; nunquam certe circumstantiis assequetur ut eligatur. Quo fit, ut conjunctim dixerit, NEQUE CUM ALIO, NEQUE PRIVATIM:

ut

ut nec te ad id quod minime honestum est, invitaret solitudo; nec peccati defensionem præberet societas. Causam deinde subjungens, quæ sola à patrando scelere avocet, addit, cum OMNIUM VERO MAXIME TUI TE PUDEAT, ait. Si enim TUI PUDORE affici consueveris, habebis ubique tui custodem, CUJUS TE PUDEAT, valde commodum, & quem effugere non possis. Multi siquidem SOLI, semotis amicis, aut familiaribus, ea admiserunt, quæ illis præsentibus antea facere erubuerant. Nullumne igitur testem habuerunt? Deum omitto, (abest enim longius iste à vitiorum conscientia.) annon seipsos habuerunt, & conscientiæ testimonium? Habuerunt sane quidem; sed habere se ignorarunt, cum cupiditatibus distinerentur. Qui autem ejusmodi sunt, quod in se habent rationis probro afficiunt, & mancipio vilius reddunt. Te ergo tui curatorem familiarissimum adhibe: atque ad illum conversus vitiorum aversionem exordire. Sui namque PUDOR fugam cuique rerum TURPIUM, & à ratione alienarum, parit necessario. Verum quo pacto, qui ita vitia oderit, virtuti se adjungat, afferentem audiamus.

13 COLE DEINDE JUSTITIAM FACTIS, ATQUE VERBIS:

14 NEQUE

ἵνα μήτε μόνωσις ἐπιγείρῃ τε πρὸς τὸ μὴ πρέπον, μήτε κοινωνία ἐυαπολόγητον σοι ποιήσῃ τὴν ἁμαρτίαν. εἶτ' ἐπάγαγε τὴν αἰτίαν τῷ μόνῳ τῶν κακῶν ἀποχρέπουσαν, ΠΑΝΤΩΝ ΔΕ ΜΑΛΙΣΤ' ΑΙΣΧΥΝΕΟ ΣΑΥΤΟΝ. ἐὰν γὰρ ἐαυτὸν ΑΙΣΧΥΝΕΣΘΑΙ, ἕξεις πάντα χρῆν, ὃν αἰδεσθήσῃ, οἰκειότατον φύλακα, καὶ ἀναπόδραστον. ἐπεὶ πολλοὶ μονωθέντες φίλων, ἢ οἰκετῶν, ἔδρασε ταῦτα, ἃ πρότερον δι' ἐκείνους ποιῆσαι ΗΣΧΥΝΑΝΤΟ. ἆρ' ἦν ἄρα ἐν ἐμοὶ ἔχον σωφρονεῖν ἐὰν θέλω· (πορρωτέρω γὰρ ἔσται τῆς κακῶν ζωοειδέσεως) ἀλλὰ ἑαυτοῦ ἐκ ἐμοῦ ἔχον καὶ τὸ τοῦ ζωοειδοῦς κεντρίσιον; ἐμοῦ ἦν· ἀλλ' ἠγνόουν ὅτι ἐμοῦ, τοῖς πάθεσι καταπονούμενοι. οἱ δὲ τοιοῦτοι τὸ ἑαυτοῖς λογικὸν, ἄτιμον, καὶ ἀνδραπόδωδες σωλότερον ἔθεντο. οἰκειότατον ἦν ὄντερον ἔχε σαυτὸν· καὶ πρὸς τοῦτον ὑπερίφρων κατάρχε τῆς ἀποζοπῆς τῶν κακῶν. ἡ γὰρ ἑαυτοῦ αἰδὼς, ἐκβάσου φυγὴν τῶν ΑΙΣΧΡΩΝ, καὶ ἀναξίων τὸ λογικῆς ὕσιας ἐξ ἀνάγκης γίνεται. ὁ δέ πως ἀπαξιῶν τὰ κακὰ, πῶς πρὸς ἀρετὴν οἰκειοῦται, ἐπάγει.

13 ΕΙΤΑ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ ΑΣΚΕΙΝ ΕΡΓΩ ΤΕ, ΛΩΓΩ ΤΕ.

ΜΗΔ' ΑΛΟΓΙΣΤΩΣ ΣΑΥΤΟΝ ΕΧΕΙΝ ΠΕΡΙ ΜΗΔΕΝΟΣ ΕΘΙΖΕ. ΙΣΑΛΛΑ ΓΝΩΘΙ ΜΕΝ ΩΣ ΘΑΝΕΕΙΝ ΠΕΠΡΩΤΑΙ ΑΠΑΣΙ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ Δ' ΑΛΛΟΤΕ ΜΕΝ ΚΤΑΣΘΑΙ ΦΙΛΕΙ, ΑΛΛΟΤ' ΟΛΕΣΘΑΙ.

Ὁ ἑαυτὸν αἰσχυνόμενος, φύλαξ ἑαυτῷ γίνεται μηδαμῶ κακίας ἅψασθαι. κακίαι δὲ εἴδη πλείονα. χ τὸ μὲν τὸ λογικὸν, ἀφροσύνη· χ τὸ θυμικὸν, ἡ δειλία· χ τὸ ὀρεκτικὸν, φιληδονία, χ φιλοχρηματία· χ τὰς ὅλας δυνάμεις, ἀδικία. τετράδος ἓν ἀρετὴ ἐδέησεν ἡμῶν περὶ πάντων τοιούτων κακῶν ἀποδοκιμάσαι· φρονήσεως μὲν περὶ τὸ λογιζόμενον· ἀνδρίας δὲ περὶ τὸ θυμούμενον· σωφροσύνης δὲ περὶ τὸ ὀρεκτικόν· ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ δὲ περὶ πάσας ὅλας δυνάμεις, τελειοτάτης ὄσης, καὶ διὰ πασῶν ἀρετῶν περιεκτικὴς πασῶν ἄλλων, ὡς οἰκείων μερῶν. διὸ καὶ πάντες ὁρῶσι ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος· εἶτα φρονήσεως, καὶ ἑξῆς πασῶν ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἐπιζευγνύων ἀείσων ἐπιδιδόντων, καὶ εἰς τὸ τῆς δικαιοσύνης ὅλο-

14 NEQUE ASSUESCAS ULLAM IN RE TE SINE RATIONE GERERE; 15 SED NORIS FATUM ESSE MORI OMNIBUS: 16 FORTUNAS AUTEM SOLERE ALIAS QUIDEM POSSIDERI, ALIAS AUTEM PERIRE.

Fura colas non ore tenus, sed rebus & ipsis.
Nec pravis mentem sueſcas rationibus uti:
Sed mortem fato subituros noveris omnes:
Divitias quandoq; dari, quandoq; perire.

Qui ſui pudore afficitur, cavet idem ne uſquam in vitium prolabatur. Exſiſtunt autem vitiorum genera permulta. In eo quidem quod rationis eſt capax, imprudentia: in quo autem excitatur animus, timiditas: in quo vero appetit, voluptatis & divitiarum ſtudium: in omnibus denique facultatibus ſimul, injuſtitia. Quo fit, ut quatuor virtutum generibus ad ejuſmodi malorum fugam opus fuiſſe videatur, prudentia quidem, in eo quod ratione utitur: fortitudine autem, in quo verſatur animi motus: continentia vero, in quo vis appetens: JUSTITIA denique, in quo ſimul habentur facultates omnes, tanquam perfectiſſima, cæteraſque virtutes, uti partes proprias, in ſe continens: unde contigit, ut ejus primum verſus meminerit; deinde prudentiæ, & optimorum deinceps conatuum, qui ſumpto à prudentia impulſionis principio, in JUSTITIAM quoq;

absolutam atque perfectam desinunt. Qui enim recta ratiocinatione utitur, sociam sibi acquirit in laboribus quidem fortitudinem, in voluptatibus autem temperantiam, in universis vero simul IVSTITIAM. Atq; ita fuerit virtutum quidem initium PRUDENTIA, finis autem IUSTITIA; mediæ vero FORTITUDO, atq; TEMPERANTIA. Vis enim illa quæ omnia discutit, & quæ semper quod rectum est in singulorum actionibus quærit, ut rationi cuncta consentiant, PRUDENTIAE habitus est; optima nimirum naturæ nostræ rationis participis dispositio; cujus ope reliquis etiam facultatibus ita splendor accedit, ut in FORTITUDINEM quidem evadat iracundia, in TEMPERANTIAM autem cupiditas, quæ vero IUSTITIA nominatur, nihil à ratione alienum patiatur, & illa mortalis noster homo, sed virtutis ubertate quæ inest homini immortali, exornetur. Primum enim à mente in animum ratione præditum splendorem virtutes emittunt, hujusq; sunt propria forma & perfectio, vitæq; felicitas. In id autem quod rationis expers est, inque ipsum mortale corpus virtutum quædam transit participatio: ut illa etiam quæ rationali naturæ conjuncta sunt, pulchritudine & mensura impleantur. Est vero divinorum bonorum primum & maximum PRUDENTIA; cujus munere efficitur, cum bene in animo rationis participe stabilita est, ut recta de rebus omnibus

consilia

ὁλότητα ζωτελέντων. ὁ γὰρ ὀρθῶ λογισμῶ
χρώμενος, ἐν μὲν τοῖς δεινοῖς τὴν ἀνδρίαν σύμ-
μαχον καλεῖ. ἐν δὲ τοῖς ἡδέσι, τὴν σωφροσύ-
νην· ἐν πᾶσι δὲ ὁμοῦ, τὴν ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.
καὶ ὅτως ἀρχὴ μὲν ἡ ΦΡΟΝΗΣΙΣ
ἐυείσπεται· πέρας δὲ ἡ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ·
διὰ μέσου δὲ ἡ ΑΝΔΡΙΑ, καὶ ΣΟΦΡΟ-
ΣΥΝΗ. ἡ γὰρ πάντα ἐκλογιζομένη δύναμις,
καὶ τὸ * ἓν ἐκάστοις τοῖς πρασσομένοις ἀεὶ ζητοῦσα, * εὖ ἐν
ἵν' εὐλόγως ἔχοντα διατεθείη, ἡ τῆς φρονή-
σεώς ἐστιν ἕξις· ἀρίστη διάθεσις ἔστι τῆς λογι-
κῆς ἡμῶν ἰδέας, ἀφ' ἧς καὶ τοῖς ἄλλαις δυνά-
μεσιν ἡ εὐκοσμία παρέπεται, ὡς ἀνδρίζε-
σθαι μὲν τὸν θυμὸν, σωφρονεῖν δὲ τὴν ὀπτυμίαν,
καὶ τὴν διχομοσύνην τὴν ἀλογίας ἀνέχειν, καὶ
ταύτην κοσμεῖσθαι τὸν ὅλον ἡμῶν ἄνθρω-
πον, ὑπείκουσάς δὲ ἑνώσης ἀρετῆς τῷ ἀθα-
νάτῳ ἀνθρώπῳ. φρονήσεως γὰρ αἱ ἀρεταὶ
ἀπ' αὐτῆς εἰς ψυχὴν λογικὴν ἐλλάμπουσι, καὶ
ταύτης εἰσὶν οἰκεῖον εἶδος, καὶ τελειότης, καὶ εὐ-
ζωΐα. εἰς δὲ τὴν ἀλογίαν, καὶ τὸ θνητὸν σῶμα
μετουσία τις τῆς ἀρετῆς ἔρχεται, ὅπως ἂν καὶ τὰ
συμφυῆ τὰ τῆς λογικῆς ἕξεως εὐκοσμοσύπης
καὶ μετειότητος πληρωθῇ. τὸ δὲ τῶν θείων ἀγα-
θῶν ἡμῖν ἡ φρόνησις αὕτη, καθὼς ἐνυδρυ-
θεῖσα τῇ λογικῇ ψυχῇ, δι' ὅλου τοῦ παντὸς

τῦ βιαιοθανάτε, καὶ τὸ μὲν θάνατον ἀνδρείως φέρειν, τὸ δὲ ἀποβολὴν τῶν χρημάτων ῥᾳθύμως καὶ ἐμμελῶς. πάσας γὰρ τὰς μεταβολὰς τὰς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ τὰς ἐπομβρίους ταύτην τύχας, σωφρόνως καὶ ἀνεκπλήκτως ἡ φρόνησις ὑπομένειν διδάσκει. τῷ γὰρ φύσιν ἐκλελόγισται τῶν πραγμάτων, καὶ οἶδεν, ὡς ἀνάγκη τὸ συγκριθὲν ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, εἰς αὐτὰ πάλιν διαλυθῆναι· καὶ πρὸς τὰ ἀναγκαῖα ἐκ αἱρετέα ἐστὶ τὰ καθ' ἡμᾶς, ἐὰν τὸ θνητὸν ἀποθνήσκῃ. γινώσκει γὰρ ΩΣ ΘΑΝΕΙΝ ΠΕΠΡΩΤΑΙ ΑΠΑΣΙ, καί πως ὠδινομένου δεῖ χρόνου πρὸς διαμονὴν τοῖς θνητοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕ ἐνσπάντος ἕ δεῖ χαλεπαίνειν, ἀλλ' ὡς νόμῳ θείῳ ἐκόντας ἕπεσθαι. τοῦτο γὰρ νῦν ἡ ΠΕΠΡΩΜΕΝΗ λαλοῖ, ὅτι πᾶσιν ἀναγκαίοις πεπερασμένως τὸ θνητὸν ἡμῶν ζῴων· ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ δὲ ἴδιον δὴ τοῖς τῶν κρειττόνων ἕπεσθαι λογισμοῖς, καὶ τὸ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τοῦ εὖ ἀποθανεῖν ζητῆσαι. ὁμοίως δὲ καὶ τῷ ΧΡΗΜΑΤΩΝ φύσιν ἐκ ἀγνοεῖ, ὅτι νῦν εἰσῆλθε, νῦν δὲ ἀπῆλθε κατὰ τινας ὠδινομένας αἰτίας, αἷς ἀντιδίνεται ἀδέλπερον. τὰ γὰρ ἐκ ἐφ' ἡμῖν τῆς κλήσεως ἡμεῖς καὶ κύριοι. ἐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, τὰ ΧΡΗΜΑΤΑ, καὶ ἁπλῶς,

ὅσα

consilia capiamus, ut mortem feramus fortiter, ut facultatum amissionem quiete atque moderate. Potest enim PRUDENTIA mortalis vitæ hujus mutationes omnes, & fortunæ quæ ipsam sequitur, prudenter atque intrepide sustinere. Considerat enim rerum naturam, videtque omnia necessario, quæ ex terra & aqua prodierunt, in eadem rursû dissolvi: nec adversus necessitatem exasperatur immaniter; nec habet pro ignotis eorum quicquam quibus sumus obnoxii; nec dubitat quod mortale est, interire. Novit enim FATUM ESSE MORI OMNIBUS, atque esse corporum nostrorum durationi tempus definitum: quo instante, non decet ægre ferre, sed ipsum, veluti legem divinam, amplecti non repugnantes. Id enim ipsum est quod FATI nomen hoc loco significat; ut terminis quibusdam necessariis vitam mortalem hanc nobis definiri demonstret: esse autem PRUDENTIAE proprium instituta sequi meliora, quæ haud mori nequaquam, sed vita recte defungi postulat. Pari vero ratione, nec quæ sit DIVITIARUM natura ignorat, easque accedere quidem aliquando, aliquando autem recedere certis quibusdam rationibus, quibus reluctari stultum fuerit. Neque enim eorum domini sumus, quæ non sunt in nostra potestate. Non sunt autem in nostra potestate, nec corpus, nec DIVITIAE; nec omnia denique

quæ sunt à nostra rationis participe natura separata. nec sane imperium adipisci nostræ facultatis est, neque retinere quamdiu volumus: sed quod in iis accedere potest atque recedere, id demum nostræ facultatis est, & naturæ proprium, quæ rationis est particeps; si eam NON SINE RATIONE SE GERERE in iis quæ contingunt ASSUESCAMUS; sed divinis contineri limitibus, quibus omnia nostra definiri convenit. Habet igitur hoc loco quod in nobis situm est ideo potestatem maximam, quod iis quæ non sunt in nobis uti recte possit, & quod istarum etiam rerum cupiditate arbitrii vires non opprimantur. Quænam est igitur PRUDENTIS judicii sententia? Corpore quidem & divitiis, cum adsunt, recte uti; & ad virtutis auxilium adhibere; cum autem recedunt, nosse quid deceat, aliarumque virtutum præsidio doloris molestiam superare. Ita enim & pietas in Deos servabitur, & IUSTITIAE mensura, si quod rationis capax est, rerum eventis uti recte atque honeste didicerit; ipsaque PRUDENTIAE decreta illis opponere, quæ fortuito nulloque ordine solent contingere. Alias enim minime virtus observari queat, si in natura rationis participe non insit vis aliqua quæ recte sentiat. Præstantiora enim, quatenus ejusmodi sunt, nec ipsa sequi poterit, sed tanquam tyrannorum vi impulsa, afficietur; nullamque

ὅσα τῆς λογικῆς ἡμῶν οὐσίας ἔξω κεῖται. οὔτε τῆς ἀρχῆς κλήσασθαι ἐφ' ἡμῖν, ὅτε φυλάξαι ἐφ' ὅσον βουλόμεθα. τὸ δὲ φεύγομένοις, καὶ ἀπογινόμενον αὐτῆς μὴ ἀρετῆς ἀποδέχεσθαι, καὶ ἀποπέσθαι, ταῦτα τοῦ ἐφ' ἡμῖν. καὶ τῆς λογικῆς οὐσίας ἴδιόν ἐστι ΜΗ ΑΛΟΓΙΣΤΩΣ ΕΧΕΙΝ περὶ τῶν συμβαινόντων ἑαυτῷ ΕΘΙΖΗ, ἀλλὰ τοῖς θείοις ἕπεσθαι μέτροις, οἷς πάντα τὰ περὶ ἡμᾶς ἄκεισαι. ἐνταῦθα ἓν τὸ ἐφ' ἡμῖν δοῦναι μικτέχει μείζω, ἐν τῷ εὖ χεῖσθαι περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ μὴ τῇ τούτων φθορᾷ καὶ τῇ αὐτεξουσίᾳ ἀρετῇ φθορὰ ἀπολέσθαι. πῶς ἡ ΕΥΦΡΩΝ κείσις λέγει; πρέπει μὲν τῷ σώματι, καὶ τῷ πλούτῳ καλῶς χεῖσθαι, καὶ πρὸς ὑπηρεσίαν ἀρετῆς ἀπιδόντων δὲ εἶναι τὸ δέον, καὶ πρὸς τὰ ἄλλας ἀρετὰς ἀλυπίαν κεφαλαίνειν. ὅταν γὰρ * δοι καὶ * χ' ἂν ἡ φρὴς θεὸς εὐσέβεια τηρηθήσε), καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης μέτρα, εἰ τὸ λογικὸν ἐκμάθοι τ' φρενιάσπιν εὖ καὶ νομίμως χεῖσθαι, καὶ τοῦ τῆς ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ ὅρους ἀνυπόδεκτα τῆς δοκοῦσιν ὡς ἔπυχε, καὶ ἀπλῶς συμβαίνειν. ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἀρετὴ φυλαχθείη, ἂν μὴ ὀρθοδοξία τις ὑπάρχῃ τῇ λογικῇ οὐσίᾳ. ἕπε γὰρ τοῖς κρείττοσιν ἕπεσθαι * δυνα), ὡς κρείττοσιν, δι- * χ' δυνα- λαὶ ὡς ὑπὸ τυφλῶν βιαζόμενος διαλεθήσε- ήσε). ται.

πω ὅτε τ ζώντων λόγον πνὰ ποιήσετ, ὅτε σώματος, ἢ ΧΡΗΜΑΤΩΝ τ ἀείσιτον οἰκονομίαν ἐξαιρήσει, ΛΟΓΙΣΤΩΣ ΕΧΕΙΝ
* ὡς ΕΑΥΤΟΝ ΕΘΙΣΑΣ. ὅθεν δὴ * οἱ ἐξάπαντες φεύγοντες τ θάνατον, ἢ τὰ ΧΡΗΜΑΤΑ τηρεῖν ὑπειλημμένοντες, πολλαῖς ἐξ ἀνάγκης ἀδικίαις χρήσονται, καὶ βλασφημίαις, ἀρώμενοι μὲν χρὴ θεοὺς ἀνόσια, καὶ θεομισῶς μὴ φάσκοντες, ἐπειδὰν πειθόσωσιν οἷς ἀνοήτως ἔοικεν· ἀφειδῶς δὲ τοὺς ἄλλους ἀδικοῦντες, καὶ τὰ πάντων ἀθεμίζειν πειρῶνται πρὸς τὸ ἑαυτοῖς λυσιτελές, ὡς οἷόντε. καὶ ὅτως ἐκφανὴς ἡ τ ψευδοδοξίας ἐν αὐτοῖς γίνεται βλάβη, ὡς τὰ μέγιστα τ κακῶν ἐκλαστάνειν· ἀδικίαν μὲν πρὸς τοὺς ὁμοίους, ἀνοσιότητα δὲ πρὸς τοὺς κρείττονας. ὧν καταφρονοῦσιν ἂν δῆλοι θεομισούμενοι τίχοις πειθόμενοι, ὁ τῇ εὐλογίσῳ κείσει τ θάνατον ἡμιναίως ὑπομένων, καὶ τ τ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ἀπροβαλλόμενος ἐκ ἀφόρητον ἡγούμενος. ἐξ ὧν καὶ πρὸς ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ ἀφειμένως καμβάνει, ὡς δέοι τ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, καὶ βλάπτειν μηδένα, μηδὲ ὠφέλειαν ἑαυτῷ τὰς τ ἄλλων ποιεῖσθαι συμφοράς. τάτων δὲ μὴ δυνατὸς ἔστιν ὁ ΘΝΗΤΟΝ ὑπολαμβάνων εἶναι τ ἑαυτοῦ ψυχήν, καὶ ΛΟΓΙΣΤΩΣ ΕΧΕΙΝ

nullamq; nec vita præditorum, nec corporis etiam rationem habebit, aut FACULTATUM distribuendarum viam, quæ recta sit, inveniet, cum SINE RATIONE SE GERERE CONSUEVERIT. Vide enim ut qui omnino mortem fugiunt, ut DIVITIAS cupide venantur, multa necessario contra jus faciant, multa blasphement; partim quidem nefariis adversus Deum exsecrationibus utentes, ejusque providentiam abnegantes, ubi in ea prolapsi sunt quæ stulte fugiebãt; partim etiam aliis nullam non injuriam aut damnum inferentes, & cæterorum omnium res in suum commodum atque utilitatem, quacunq; possunt ratione, congerere atq; vertere conantes. Atque ita plane manifestum est in illis falsæ persuasionis damnum, quæ mala omnium maxima producat: injustitiam quidem adversus eos qui sunt generis ejusdẽ, impietatem autem adversus præstantiores. A quibus erit ille penitus immunis, qui superioribus versibus persuasus mortem fortiter esse ferendam judicarit; neq; DIVITIARUM amissione dolendum. Sumit porro ex istis JUSTITIAE colendæ argumentum; cum ab alienis esse temperandum judicat, cum nemini inferendam injuriam, cum denique ex aliorum damnis sua non esse comparanda commoda. Quorum nihil ille quicquam observare poterit, qui mortalem sibi esse animum arbitratur, quique SINE RATIONE quidnam

quidnam sit illud quod in nobis MORIATUR, quidnam etiam quod DIVITIIS egeat, quidnam denique quod VIRTUTEM COLAT, & eadem juvetur, AGITARE CONSUEVERIT. Sola enim istarum rerum dijudicatio studium COLENDAE virtutis pepererit, & ad honestatis comparationem excitarit: ad quam, ex illo NOSCE TEIPSUM, & ex illo etiam, quo sui quemque pudere præcipitur, divinus motus est. Decet enim ex nostra dignitate cæterorum etiam officia in FACTIS atque VERBIS ponderare. Fuerit autem officiorum non violata ratio, si à IUSTITIA non recedatur: ideoque cæteris virtutibus ea præponitur, ut officiorum mensura exsistat. IUSTITIAM enim, inquit, COLITO FACTIS ATQUE VERBIS. Nihil igitur blasphemum in DIVITIARUM AMISSIONE, aut morborum doloribus dices; ne VERBIS IUSTITIAM violes. Sed nec vicinis etiam bona eripies, aut aliis damna molieris; ne FACTIS etiam pecces contra IUSTITIAM. Si enim animum IUSTITIA tueatur, debita præstabimus erga Deos, erga homines, erga nosmetipsos etiam. Est vero IUSTITIAE mensura optima PRUDENTIA

ipsa.

ΕΧΕΙΝ ΕΑΥΤΟΝ ΕΘΙΣΑΣ, τί μὴ δεῖ τὸ ἀποθνῄσκον ἡμῖν, καὶ τὸ ΤΗΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ λεόμενον, τί δὲ τὸ ΑΣΚΟΥΝ ΤΗΝ ΑΡΕΤΗΝ, καὶ τὸ ἐκ ταύτης ὠφελούμενον. μόνη γὰρ ἡ τούτων διάκεισις θεσπεσίαν εἰς ΑΡΕΤΗΣ ΑΣΚΗΣΙΝ ἂν παρέχοι, καὶ θεὸς ἀντὶ τῶν κλῄσιν ἐπιγνοῖ,* ἐν ᾗ ἐκ τοῦ γνῶθι σαυτὸν, καὶ αἰσχύνεσθαι σαυτὸν, ἔνεστιν ὁρμή. πρὸς γὰρ ἡμετέραν ἀξίαν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων καθήκοντα παρεμπεσεῖσθαι δεῖ ἐν ΕΡΓΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΛΟΓΟΙΣ. ἡ δὲ τῶν καθηκόντων τήρησις ἀπαράβατον δικαιοσύνην ἂν εἴη· διὸ καὶ θεοτέτακται τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἵνα τῶν καθηκόντων ἡγῆται μέσον. ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ ΓΑΡ, φησὶν, ΑΣΚΕΙ ΕΡΓΩ ΤΕ ΛΟΓΩ ΤΕ. ἐκ ἧς οὐδὲν βλάσφημον ἐρεῖς ἐκ ἀπωλείας ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ἢ νόσων ἀλγηδόσιν, ἵνα μὴ ἀδικῇς ΕΝ ΛΟΓΩ· ἀλλ' οὐδὲ τὰ τοῦ πλησίον ἁρπάσῃς, οὐδὲ μηχανήσῃ δυσχέρειας ἀνθρώποις, ἵνα μὴ ἀδικῇς ΕΝ ΕΡΓΩ. ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ γὰρ ψυχῆς φρόνησις, τὰ θεσπέσια καὶ θεοὺς, καὶ περὶ ἀνθρώπους, καὶ θεοὶ ἡμᾶς αὐτούς. τῆς δὲ ΔΙΚΑΙΟΣΤΝΗΣ ἄμεινον μέσον ἐστὶν ἡ φρόνησις·

* γ' εἰς ἑαυτὸν.

ὅσην

ὅθεν τὸ, ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ ΑΣΚΕΙ ἐπήγαγε, ΜΗΔ' ΑΛΟΓΙΣΤΩΣ ΕΧΕΙΝ ΣΑΥΤΟΝ ΠΕΡΙ ΜΗΔΕΝ ΕΘΙΖΕ· ὡς μὴ δυναμένης ὑποσῆναι ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ ἄνευ φρονήσεως. τοῦτο γάρ ὅτιν ὄντως δίκαιον, ὃ ἡ τελεία φρόνησις ὁρίζει. αὕτη δ' ἂν εἰ ἡ περὶ ΜΗΔΕΝΟΣ ΑΛΟΓΙΣΤΩΣ ΕΧΟΥΣΑ, 'ἀφ' ἑπεσκεμμένη μὲν περὶ τὸ ὄντως ὂν σώματος, ἐπεσκεμμένη δὲ περὶ τὴν εἰς τὴν τότε χρείαν ὠφελείαν· πάντα δὲ ἀπιόντερα ΑΡΕΤΗΣ πεφυκέναι, καὶ μεγίστην ὠφέλειαν τὴν ἀείσιτον διάθεσιν τὴν λογικῆς ψυχῆς, ἀφ' ἧς καὶ τὰ ἄλλα κοσμεῖ καὶ δυναμιν. τοιοῦτος μὲν ὁ περικεκυμένων ἐπῶν ἀκοπὸς, ὁ τετράδυς ὁ περὶ τῶν ἀρετῶν ἀναφανῆναι καὶ παραδοῦναι τοῖς ἀκροαταῖς μὴ τὴν ἀκρίβειαν πρήσεως, καὶ παρφυλακῆς τῆς ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ ΚΑΙ ΕΡΓΟΙΣ πρεπούσης. τὸ μὲν γὰρ φρόνησιν, τὸ δὲ ἀνδρίαν, τὸ δὲ σωφροσύνην δίδωσι· τὸ δὲ πρόσταξιν αὐτῶν, ὅτι πάσας ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς κοινῶς ὑπαρχούσης ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ ΑΣΚΕΙΣΘΑΙ παραινεῖ· τὸ δὲ ΧΡΗΜΑΤΑ ΑΛΛΟΤΕ ΜΕΝ ΚΤΑΣΘΑΙ ΦΙΛΕΙ, ΑΛΛΟΤΕ ΟΛΕΣΘΑΙ,

παίσι-

ipsa. quo fit, ut JUSTITIAM COLENDAM ESSE adjecerit; NEQUE committendum, ut IN RE ULLA SINE RATIONE NOS ERRARE ASSUESCAMUS; tanquam sine prudentia non queat JUSTITIA subsistere. Id enim re vera JUSTUM est, quod PRUDENTIAE finibus continetur. Fuerit vero PRUDENTIA, quæ NIHIL SINE RATIONE AGIT; sed mortale quidem corpus, & quæ ad usum ipsius conferunt, diligenter considerat: omnia autem virtute inferiora putans, utilitatem etiam esse arbitratur maximam in optima animi rationis capacis dispositione, à qua & cætera etiam, secundum potestatis rationem, exornantur. Atque is quidem eorum quæ superius dicta sunt, scopus est; virtutes scilicet quatuor quæ sunt in agendo positæ, cura diligenti, atque justa observatione IN VERBIS ATQUE FACTIS, auditoribus aperire atque proponere. Præcipit enim de PRUDENTIA, de FORTITUDINE, deque TEMPERANTIA; sed ante omnes de JUSTITIA COLENDA, quam in cæteris omnibus spectari communiter arbitratur. Quod autem FORTUNAS SOLERE QUIDEM ALIAS POSSIDERI, ALIAS AUTEM PERIRE

adjicit;

adjicit; post TEMPERANTIAM sequi etiam liberalitatem demonstrat, quæ in virtutum numero posita circa FACULTATUM censum atque sumptum versatur. Eas enim tantum cum ratio postulat, vel POSSIDERE, vel expendere, sordium atque prodigalitatis occasionem præcidit. At istæc omnia ab eo, tanquam à fonte & capite primo, quod sui quemque pudore affici debere monuit, derivantur. Sed & hoc etiam quod hoc loco præcepit, illo ipso continetur, quo SEIPSUM NOSSE quivis jubetur: quod præclaras actiones omnes, omnesq; contemplationis atque cognitionis rationes debet anteire. Unde namque perturbationes esse moderandas, & eorum quæ sunt notitiam habendam, docebimur? Dubitatur enim de illis: primum quidem, utrum ea in hominum potestate sita sint; deinde vero utrum prosint habentibus. Apparet enim ferme contra, eò inferiorem esse probi viri in hoc vitæ genere conditionem, quod injuste non sumit, unde non decet; & quod juste suptus facit, in quæ oportet. Est etiam in his quæ corporis sunt, injuriis omnium maxime opportunus, qui nec imperium affectet, nec imperantibus aduletur serviliter. Quo fit, ut nisi natura quædã alia in nobis exsisteret, quæ virtute juvaretur, vix divitias aut principatum simus repudiaturi. Quamobrẽ & illi etiã qui animum interire arbitrantur, cum de appetẽda virtute

πειθηται ὅτι ἐπὶ τῇ σωφροσυνῇ διαθέσει καὶ ἡ ἐλευθεριότης παρέπεται. ΑΡΕΤΗ ἴσα σοὶ ΧΡΗΜΑΤΩΝ σεβασθον καὶ δικαίῳ. τὸ γὰρ μόνον τότε αὐτὸ ΚΤΑΣΘΑΙ, καὶ ἀποκλᾶσαι, ὅτε δίδωσιν ὁ λόγος, μικροψυχίας καὶ ἀσωτίας περαιρεῖται τὰς ἀφορμάς. ταῦτα δὲ πάντα, ὡς ἀπὸ πηγῆς καὶ ἀρχῆς πρώτης, τῷ ἑαυτὸν αἰδεῖσθαι, περάγει. τοῦτο γὰρ τὸ παράγγελμα περείληφεν ἐν ἑαυτῷ, τὸ σαυτὸν γνῶθι· ὃ παισὶν μὲν ἀναδιδόων περάξεων, παισὶν δὲ διεφθαρμένοις γνώσεως πρόπαρχεῖος δεῖ. ἐπεὶ πόθεν εἰσόμεθα ὅτι περσόηκεν ἡμῖν μεταδόσας ἡ παθῶν, καὶ γνῶναι τὰ ὄντα; ἀπορεῖ γὰρ περὶ αὐτῶν, πρῶτον μὲν, εἰ δυνατὸν ἀνθρώποις ταῦτα· ἔπειτα, εἰ ὠφέλιμα τοῖς ἔχουσι γίνεται. φαίνεται γὰρ * πᾶν τἐναντίον, ἐλαττούμενον ἐν τοῖς κτήσεσιν ἕκαστον ὁ ἀνθρωπος, τῷ μὴ λαμβάνειν ἀδίκως, ὅσον ἐ δεῖ, καὶ τῷ ἀναλίσκειν δικαίως εἰς ἃ δεῖ. καὶ περὶ τὸ σῶμα παντὸς μᾶλλον ἐνεπιχειρήτως διάκειται, μήτε ἄρχειν αὐτὸς ἐπιθυμῶν, μήτε ἀνθρώπων ἑτέρων ἑτεροπαθῶν· ἀρχονται. ὥστε εἰ μή τις ἄλλη κόσα ἐν ἡμῖν εἴη ἀπὸ τῆς αἰρετῆς ὠφελιμότης, σχολῆς γε ἂν πλέον, ἢ δυναστείαν αὐτῷ * προσεξόρισθαι. ὅθεν καὶ οἱ σπουδαῖοι οὐδὲ- * καὶ περὶ μιῶς περὶ τῷ ψυχῷ, περὶ τὸ μὴ περιέσθαι σῶμα δι-

πλῶ ἀρετῶ, κομψότερον) μᾶλλον, ἢ ἐμπαθέσ-
σιν. εἰ γὰρ μὴ εἴη τι ἀσωμάτον ἡμῶν μὴ δυνά-
τον, καὶ θεῖον φύσιν ἔχον ἀληθείᾳ, καὶ ἀρετῇ κο-
σμούμενον, οἷον δὴ φαμὲν εἶναι τὴν λογικὴν ψυχήν,
ἦν ἂν ἔφεσις ἡμῖν καθαρσ. ἡμῶν τὸ σῶμα κλῆσ-
σαι. περαναιρεῖ) γὰρ ἡ ἀσωμία τῆς φθορᾶς πᾶ-
σαν τὴν περὶ τὰ σώματα ἀσχολίαν, καὶ πρὸς ἀπολαύσεις ἄγει
σωματικὰς, ὁποῖαί ποτε ἂν ὦσιν αὐταί, καὶ πό-
θεν ἂν περίζεσθαι δοκοῦσιν). πῶς γὰρ ἂν δέξῃ
ἔμφρονα εἶδη καθ' αὑτὰ, ἢ μετείως καθεστη-
κότα, μὴ πάντα χαίρειν τῷ σώματι, εἴ γε
καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἀσώματος σῴζει), ἐκ ὅσης
μὲν καθ' αὑτὴν, ὑπεναντίως ἢ τῇ ποιᾷ δια-
πλάσει τοῦ σώματος; πῶς δὲ θεησόμεθα εἰ
ἀρετὴν τὸ σῶμα, ἀλλοῖαι καὶ τὴν ψυχὴν αὐ-
τὴν ἅμα τῷ σώματι διαφθείρειν, ὥστε μηδὲ
μνῆμ εἶδη τῆς ἀρετῆς, ἧς ἀφέσει τὸ δύνατον ἀσ-
θενέναμεν; ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς τοῖς
θείοις ἀνδράσιν ὑπεδέδεικ), ὅτι τε ἀθάνατος
ἡ ψυχὴ, καὶ ὅτι διὰ μόνης ἀρετῆς κοσμεῖσθαι
πέφυκε. νῦν δὲ τὸ παρὸν ὑπομνησάμενοι
δόγμα, ὅθεν τὰ ἑξῆς μεταβαίνωμεν, τοσοῦτον ἴοῖς
θεωρημένοις ἐπιπόντες, ὅτι ὥσπερ τῇ ἀγαθότ
ἡ θεία ἁπλῶς πᾶσα ἐπιστρεῖ κακίαν· ὅτω τῇ
ἑαυτῆς γνώσει, καὶ ἀπαξιώσει τοῦ μὴ περιπλέ-
λογικῇ φύσει, ἡ τῶν καθηκόντων ἀπαρεγκλίτος
τήρησις

virtute disputant, cavillantur potius, quam veri quicquam asserant. Nisi enim aliquid nobis post mortem subsisteret, quod veritate atque virtute natura ornari cuperet: (cujusmodi est procul dubio animus rationis particeps) haud inesset nobis pura rerum honestarum appetitio. Præfocat enim istarum rerum studium suspicio interitus, & avertit ad corporis voluptates, qualescunque tandem illæ sint, & undecunque ministrari valeant. Qui enim, ex eorum sententia, prudentis esse aut moderati videatur, non omnia corpori indulgere, propter quod & ipse animus conservetur, cum per se quidem non exsistat, sed corporis certæ conformationi accedat? Qui rursum virtutis nomine corpus projiciamus, si animus ipse nobis cum corpore ita pereat, ut ne virtus quidem ipsa subsistat, cujus studio mortem sustinuimus? Sed de rebus istis satis multa divini viri: quibus non solum animum esse immortalem, sed sola virtute ornari etiam demonstratur. Nunc autem huic disputationi finem imponentes, ad ea quæ sequuntur transibimus; si prius & ista superioribus adjecerimus; non aliter quam naturæ nostræ ignoratione nullum non malorum genus in nos irrumpit: ita, si nos ipsi norimus, eaque rejiciamus, quæ naturam rationis participem dedecent, ipsam officiorum nequaquam fallacem

observationem ubique reperiri posse, in quo singularum virtutum mensura posita est. Si enim ad naturam nostram, tanquam ad regulam, attendamus, id ipsum quod decet in omnibus, vitam ex rectæ rationis instituto, nostræque naturæ congruenter agentes, inveniemus. Quicquid namque est quod animum meliorem efficit, id revera virtus est, & philosophiæ lex. Quæ autem ad humanam solum speciem atque venustatem spectant, serviles quædam astutiæ sunt & virtutum umbræ, quæ laudem apud vulgus venantur, nihilque curant aliud quam ut probitatis famam consequantur. Atque hæc quidem de istis. Ex recta porro rerum consideratione sequitur necessario, ut in his quæ mortalibus sine ordine videntur contingere, NON SINE RATIONE NOS GERAMUS? sed excussis diligenter eorum causis, ipsa feramus fortiter; nec eos à quibus nostri cura geritur reprehendamus, qui pro dignitate singulis, quæ decet, tribuentes, non paribus omnes, quorum progressus essent inæquales, afficerint. Qui enim, cum providentia mundus regatur, cum sit etiam animus natura quidem sua corruptioni nequaquam obnoxius, sed voluntate ad virtutem aut vitium feratur; eos liceat æqua non æquis, qui pro meriti ratione legis custodes sunt, reddere: non autem convenientem cuique fortunam tribuere, quam in lucem etiam homo prodiens

sortiri

πήσησις ἐυείσκε) παντα χῆ. τῦτο ὃ ἡμῖ χρὴ μέ-
εος ἀφελῆ γίνε) μέζον. ὡς γὰ πρὸς καιρὸν
ἢ ὠφίαν ἡμῖ ἀποβλέποντες, τὸ δέον ἐν πά-
σιν ἐυείσομεν, χρὴ ἢ ὀρθὸν λόγον συμφώνως
τῇ ἐαυτῆ ὑσίᾳ διαζῶντες. πᾶν γὰ ὃ ἀμείνο-
ρα ἢ ψυχῶ ποιεῖ, τῦτο ὄντως ἀρετὴ, καὶ φι-
λοσοφίας νόμο. τὰ ὃ μάνον πρὸς ἀνθρωπίνην
εὐημοσύνην τείνοντα, δηλοῖ ρεπῶ ὅτι σοφί-
σμαῖα, καὶ ζηλοτυφία ἦν κλῆσιν ἢ παρὰ τῆ
πολλῶν ἔπαινον θηρωμένη, καὶ τὸ δοκεῖν μόνον
ἀλλὰ εἶναι ἀγαθὸν ἢ πᾶσαν ποιημένη φρονηίδα.
καὶ ταῦτα μὲν περὶ τύτων. τοῖς ὃ ὀρθοῖς λογι-
σμοῖς ἐξ ἀνάγκης ἕπε) καὶ περὶ τῆ δοκάντων
ἀπόκλως καὶ τὸν βίον συμβαίνειν ΜΗ ΑΛΟ-
ΓΙΣΤΩΣ ΕΧΕΙΝ, ἀλλ' εὖ καὶ γνναίως ἀπο-
λελογῆδς τὰς τύτων αἰτίας, καὶ φέρειν αὐτὰ
μηδὲν ἐγκαλῶντες τοῖς ὀλιμελητοῖς ἡμῖ, οἳ
πρὸς ἀξίαν ἀπονέμοντες ἑκάστῳ τὰ πρόσ-
ηκοντα, ὁ ἦν ἴσων ἠξίωρ ἅπαντας τὸν μὴ ὁ-
μοίως πρόβεβηκότας. πῶς γὰ προνοίας μὲν
κοσμ, καὶ τῆς ψυχῆς ἡμῖ ἀφθάρτε μὲν καὶ
ὑσίαν, προαιρέσεσι ὃ αὐτοκινήτῳ πρὸς ἀρετὴν
ἢ κακίαν ὁρμώσης, ἐνίῳ τὰ ἴσα τοῖς μὴ ἴσοις
τὸν τῆ πρὸς ἀξίαν φύλακας νόμε ἀποδιδό-
ναι· ἀλλὰ μὴ ἢ πρόσηκρ ἑκάστῳ ἀπονέμειν
τύχῳ, ἵν' καὶ περὶῶν εἰς γῆρεσιν ὁ ἀνθρωπί-

κληρῶσθαι λόγῳ; εἰ δὲ μὴ μόνῳ τῷ θεῷ νοεῖν ἔξ) ἀποκέκλεισται ἑκάστῳ τὰ πρέποντα, καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἀδύνατον ἔξ) ὅλον ὡς μεταστῆσαι δεῖ τὴν αἰτίαν ἧς ἀγνοιῶν ἀπὸ τῶν διοικούντων ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἰᾶσθαι τὰ δυσχερῆ δύναται δίδοσι ὁ λόγος. ἐν ἑαυτοῖς γὰρ ἐνεόντες τὰς αἰτίας τοσαύτης ἀνωμαλίας, πρῶτον μὲν τῷ ὀρθῷ τῆς κρίσεως ἐπελαφρώσομεν τὴν συμβαινόντων τὸ μοχθηρόν· ἔπειτα τῇ ἐργῶν μεθόδοις, καὶ ταῖς ὁρμαῖς νομοθετήσει μεδορμίζοντες τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ ἄμεινον, παντελῶς ἑαυτοὺς τῆς ἀγνοιῶν ἐλευθερώσομεν. τὸ δὲ πάσχοντα κακῶς μηδὲ αἰδαίνεσθαι τὰς αἰτίας, μηδὲ καταμαντεύεσθαι τῶν εἰκότος συμβαίνοντος, ΕΑΥΤΟΝ ΓΑΡ ΕΘΙΣΑΝΤΟΣ ΑΛΟΓΙΣΤΩΣ ΕΧΕΙΝ περὶ παντὸς, ὃ νῦν ἀπορόμεθα ὁ λόγος. ἀναγκαῖον δὲ τὰς ἀληπίας ἔχοντα τὰ ἀληθῆς αἰτίας, ὅλη τὴν κρείττονα ἀνάσιαν μεταφέρειν τὸ ἔγκλημα, ἢ ὅπι ἐκ ἔστι πανταχῶς, ἢ ὅπι ἐκ ὀφθῶς; ἡμῖν ὀρθῶς. τὰ δὲ τοιαῦτα δοξάσματα ὁ μόνον τὰ ἐν θεσσαλίᾳ κακὰ ὀπτείνει, ἀλλὰ καὶ εἰς πᾶσαν πανταχὴν τὴν ψυχὴν ἐπεκτείνει καὶ τῆς αὐτεξουσίας θεραπείας αὐτῷ ἀποστερεῖ τῷ θεσσαλὸν λανθάνουσαν τὰς αἰτίας τῶν ἰδίων δυσχερῶν μόνων καὶ

fortiri dicitur? Si ergo fabula non est, exsistere providentiam, quæ quod decet singulis retribuat; animumque nostrum manere immortalem: perspicuum sane est eorum causas, quæ dolorem pariunt, ab eo qui regit ad nos esse transferendas: unde & sanari etiam molestiarum vulnera versus demonstrabit. Cum enim in nobis ipsis tantæ inæqualitatis haberi causas deprehendimus; primum quidem judicii rectitudine ab eorum nos, quæ dolorem pariunt, gravitate sublevamus: sacris deinde artibus admotis, ipsum etiam animum suasionum rectitudine ad meliora provocantes, omnino molestiis nos eripimus atque liberamus. Cum autem qui male afficitur nec ad causas advertit, nec ex contingentis rei similitudine futuras conjicit; scipium plane IN OMNI RE SINE RATIONE HABERE ASSUESCIT: quod hoc loco prohiberi videmus. Est enim eum necesse, qui veras causas nequaquam scrutatur, in naturam superiorem culpam transferre; nullamque omnino vel esse dicere, vel res nostras ab illa male administrari. At vero quæ sunt ejusmodi opiniones, non vitæ solum anteactæ mala amplificant, sed animum etiam ad graviora scelera excitant, eumque arbitrii cultu eo ipso privant, quod præsentium malorum causas ignorare faciunt.

Verum ut quo pacto de istis rebus sentire oporteat, intelligas, audi quod versibus significatur.

17 QUIBUSCUNQUE PORRO INFORTUNIIS DIVINITUS HOMINES ANGUNTUR; 18 PROUT SORS TUA FUERIT, EAM FERTO MODERATE, NEQUE INDIGNARE. 19 DECET VERO ETIAM MEDERI, QUANTUM POTES. VERUM SIC HABETO; 20 MAIOREM PARTEM NON OMNINO BONIS FATUM TRIBUERE.

Mortales quæcunque Deûs mittentibus angunt;
Ut tua sors tulerit, patiens ne ferre recuses!
Nec supernenda medela tamen. Sed noris & istud,
Parcius ista viris immittere numina justis.

Antequam enarrare quicquam adgrediamur, monere oportet, ANGORUM nomine ea nunc intelligi, quæ laboriosam & difficilem vitæ viam nobis efficiunt; morbum, verbi gratia, paupertatem, liberorum amissionem, dedecus in civitate. Hæc enim gravia quidem sunt, nec ad ferendum in vita facilia: non mala tamen revera, nec animo pernitiosa; nisi illorum impulsu ad vitia deflectat: quod in iis etiam quæ bona videntur, ipse patietur, nisi illis uti recte statuat;

sanitate

καὶ πῶς ὃ δεῖ σε τούτων φιλοσοφεῖν ἐπὶ πλεῖστον ἀφεστῶτα τοῦ ἐπῶν.

17 ΟΣΣΑ ΤΕ ΔΑΙΜΟΝΙΗΣΙ ΤΥΧΑΙΣ ΒΡΟΤΟΙ ΑΛΓΕ' ΕΧΟΥΣΙΝ, 18 ΩΣ ΑΝ ΜΟΙΡΑΝ ΕΧΗΣ, ΤΑΥΤΗΝ ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕ, ΜΗΔ' ΑΓΑΝΑΚΤΕΙ. 19 ΙΑΣΘΑΙ ΔΕ ΠΡΕΠΕΙ ΚΑΘ' ΟΣΟΝ ΔΥΝΗ· ΩΔΕ ΔΕ ΦΡΑΖΕΥ· 20 ΟΥ ΠΑΝΤ ΤΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ ΤΟΥΤΩΝ ΠΟΛΥ ΜΟΙΡΑ ΔΙΔΩΣΙ.

Περὶ τ' ἄλλης ἐξηγήσεως ἐκεῖνο φρονεῖν δεῖ, ὅτι ΑΛΓΕΑ νῦν λέγει τὰ ὀδυνηρά, καὶ τραχύτερον ἡμῖν τὸν ὁδὸν τοῦ βίου παρασκευάζοντα, οἷον νόσον, πενίαν, φιλτάτων ἀποστολὴν, ἀδοξίαν ἐν πόλει· ταῦτα γὰρ χαλεπὰ μὲν ὄντι, καὶ δυσβάστακτα τῷ βίῳ. ἀκίνητον ὄντως κακὸν, ὃ δὲ αὐτῇ τῇ ψυχῇ βλαβερὸν τυγχάνει, ἐὰν μὴ αὐτὴ ἑλθῃ διὰ τούτων εἰς κακίαν ἀποκλίναι· ὃ καὶ ὀδυνῶντων πάθη ἂν μὴ βεβηθεῖσα καλῶς αὐτὰ μεταχειρίζεσθαι· οἷον

οἷον ὑγείαν, καὶ πλοῦτον, καὶ δωμαστείαν. ἔστι γὰρ καὶ ἐν τούτοις κακῶς διῶσθαι, καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις ἀρετῇ κλήσασθαι. τὰ δ' ὄντως κακὰ, τὰ ἐκ προαιρέσεως ὄντα ἁμαρτήματα, οἷς συνεισελθεῖν ἀδύνατα φύσιν ἐκ ἔχει. ταῦτα δέ ἐστιν ἀδικία, καὶ ἀκολασία, καὶ πάντα ὅσα τῆς κακῆς σύζυξιν ἐκ ὀκνεῖ. ὁ γὰρ ὢν ἐθέλει τοιούτων τὸ κακῶς ὀκνηρὸν ἔχειν. οἷον, ἀδικεῖ κακῶς· ἀκολασταίνει κακῶς· ὥσπερ ὅτι τὴν ἐκτὸς κακῶν λέγομεν, νοσεῖ κακῶς· πένεται κακῶς· ὅταν εὖ, καὶ κατ' ὀρθὸν λόγον τὰ τοιαῦτα φέρει ὁ ἄνθρωπος. ταῖς δ' ψυχαῖς πονηρείας ἐκ ὀκνηρὸν τὸ κακῶς, διότι ἀπόστροφά εἰσι καὶ ἀποτυγμάλα τοῦ ὀρθοῦ λόγου, ὃν φύσει ἐνόντα καὶ ἐγγενόμενον αὐτῇ, παροῦσα ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ ὑπὸ τῆς προαιρέσεως ἀποτυφλοῦται. τοιοῦτον δὲ τὸ εὖ καὶ ὀρθὸν λόγον τοῖς ἀνθρώποις, τὸ, καὶ τὸ ἄδικον, ἐν οἷς μηδὲν αὐτοῖς διαφέρει, κρίνειν δικαίως· καὶ τὸ ἀκόλαστον, σωφρονικῶς· καὶ ὅλως, τὸν κακὸν ὀρθαῖς ὀκβολαῖς χρῆσθαι, ἐν οἷς ἀπροαιρέτως ἔχει. διὸ καὶ μεθίστασθαι δύνανται ὁ φαῦλος εἰς ἀρετὴν καλαχρώσει τῆς προτέρας κακίας. ἐμοὶ δὲ διὰ τοῦτο ἐνυπάρχειν δεῖ καὶ τὸν μὴ ὀρθὸν λόγον, ἵνα ἀρχὴ τῆς κακῶν ἕξεως γένηται, ὥσπερ ἐκείνου τῆς ἀρετῆς.

ἀρκει

sanitate nimirum, divitiis, atque dominatu. Istis enim etiam licet male agere, virtutemque adipisci contrariis. Quæ autem re vera mala sunt, ea ipsa sunt quæ voluntate peccantur; quibuscum conjungi virtus natura non potest. Sunt autem ea, Injustitia, intemperantia, cæteraque omnia quæ recti atque honesti conjunctionem non admittunt. Neque enim hujusmodi quicquam recte fieri dixeris; verbi gratia, non recte aliquem injuriam facere; non honeste libidinari: sicut de malis externis loquimur, cum recte ægrotare, recte item paupertate laborare dicimus; quoties bene atque juste generis hujus aliqua pati hominem significamus. At in animi vitiis ideo recte non adhibetur, quod aversiones sint atque errata rectæ rationis; quam natura sibi insitam atque insculptam hominum animis, cum sunt perturbationibus occæcati, adspernatur. Ineste autem hominibus rectam rationem eo evincitur, quod qui injustus est, ea etiam recte judicet quæ ad se nihil attinent, & intemperans temperanter, & malus denique (ut summatim dicã) rectis consiliis in eis rebus utatur, ad quas nullis ante perturbationibus accedit occupatus. unde fit, ut qui sit improbus, ad virtutem transire queat, si priorem malitiam aversetur. Nec tamen eam ideo exsistere etiam oportet, quæ prava ratio dicitur; ut vitiorum sit ista principium, sicut & illa virtutum.

Sufficit

Sufficit enim præsens recta ratio, tanquam lex in civitate, & ad ea quæ fiunt secundum se & præter se diffinienda, & ad probanda quidem alia, alia autem coercenda. Nec opus est quicquam malorum principio; sive intus lateat, sive foris male agendi causam præbeat: sed bonorum autore primo maxime, atque solo, eoque à rationis participibus substantiis separato, Deo videlicet; recta deinde ratione, quæ illis inest, & quæ substantiæ attactu moderetur. Sic se habet igitur malorum distinctio: ex quibus non ea quæ sunt voluntaria, DIVINAE FORTUNAE arbitrio hominibus distribui significat; verum calamitosa & affligentia, non jam in nostra potestate posita, sed dudum peccata voluntaria secuta; quæ DOLORE quidem afficiunt, ut diximus, sed à virtute ornatum accipiunt. Nam & paupertatem exornat victus ratio temperans: & generis humilitatem erigit prudentia. Liberorum denique amissionem fert justus moderate; istaque potest usurpare; Objit filius: Nonne redditus? Et, Sciebam me genuisse mortalem. Similiter verò & reliqua omnia, cum sunt virtutis pulchritudine cincta, fiunt pulchriora. Deinceps quærat oratio, quænam sint DIVINA INFORTUNIA quibus

ἀρχεῖ δὲ παρὼν ὁ ὀρθὸς λόγος, ὥσπερ νόμος ἐν πόλει, τάπτε καθ' αὑτὸν περιτρόμενα, καὶ τὰ παρ' αὐτὸν διοείζειν, καὶ τὰ μὲν ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ σώφρονίζειν. καὶ ἀδὲν δεῖ κακῶν ἀρχῆς, ἔτε ἐνυποκρίσεως, ἔτε ἐξωθεν κακοποιὸν αἰτίαν ἐνδιδύσης· ἀγαθῶν δὲ δεῖ ἀρχῆς μάλιστα καὶ μόνης, καὶ τῆς μὲν κεχωρισμένης τῶν λογικῶν ἐσιῶν, οἷός ἐστιν ὁ θεός· τῆς δὲ ἐνυπαρχούσης αὐτοῖς, καὶ τῆ κατ' ἐσίαν ἐπαφῆ συνεργούσης, οἷός ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος. τοιαύτη μὲν ἡ τῶν κακῶν διάκεισις, ὧν ἐ τὰ περιαιρετικὰ φησιν ἐν τῆς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΗΣ τοῖς ἀνθρώποις ἀπονέμεσθαι· ἅμα τὰ ἀφειμαπκὰ, ἃ νῦν ἐν τοῖς ἐπ' ἐμοῖν κεῖται πάλαι δὲ περιαιρετικοῖς ἀμοιβαίοις ἐπικολούθησεν, ΑΛΓΕΙΝΑ μὲν ὄντα, ὡς ἔφαμεν, τὸν δὲ παρὰ τὰ ἀρετῆς κόσμον ὑπερβαίνοντα. καὶ δὲ πενίαν ἐνόσμησε σώφρονα δίαιτα· καὶ ταπεινότητα ἡδυς ἐπιπορθήσαλο φρόνησις· καὶ παίδων ἀποβολὴν ῥᾳδίως ἤνεγκεν ὁ δίκαιος βίος, ὁ δωδέκατος εἰπεῖν, Τέθνηκε τὸ παιδίον· οὐκ ἐν ἀπεδόθη; καὶ, Ἡδειν θνητὸν γεγεννηκάς. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα τῷ τῆς ἀρετῆς κάλλει περιλαμπόμενα, γίνεται εὐχερέστερα. ἐξῆς δὲ ζητεῖ ὁ λόγος πῶς

ΑΙ ΔΑΙΜΟΝΙΑΙ ΤΥΧΑΙ,

καὶ δ'

καθ' ἃς οἱ βέλτιοι τὰς ἐκ τοῦ δυσχεροῦς ἔχουσιν εἰ μὲν προηγουμένως ἡ θεία κρίσις δίδωσι τῷδε μὲν πλοῦτον, ἑτέρῳ δὲ πενίαν, ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ἔδει ταύτην προαίρεσιν καλεῖν, καὶ μὴ ΤΥΧΗΝ. εἰ δὲ μηδὲν ὅπως ἂν τύχῃ τῆς τοιούτων κρίσεως, ἀλλ' ὡς ἔτυχε, καὶ εὐτυμάτως συμπίπτει, ἃ μὲν εὐτυχῆ ἐστὶ, ὥς φασι, τὸν δὲ δυστυχῆ· ΤΥΧΗΝ * μᾶλλον ἔδει καλεῖν ταύτην, καὶ μὴ ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ. ΤΥΧΗΝ. εἰ δὲ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ τὰ προσήκοντα ἀπονέμει ὁ ἐπιβραβεύων θεὸς, καὶ τοῦ μὲν ἐστὶ τοιάδε ἡμᾶς ἐκ ἔσην αἵρεσις· τῶν δὲ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδίδναι χρὴ τοῦ δεσμοὺς τῆς δίκης μάνον δεῖ κύειν· εὐκότως σωφρόνας εἶπε ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ τὰς τῆς κρίσεως ἀποφάνσεις· εἰ μὲν θεῖον καὶ νοερὸν ὂν τὸ κριτήριον, ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ καὶ ἐπισημαινούσας αὐτὰς προσηκόντως· εἰ δὲ οἰκεία προαιρέσει κακιώμενον, καὶ δικαίως τέλος λαμβάνειν τῆς δυσχερῶν τούτων ἄξιον, προσθεὶς τὸ ΤΥΧΑΣ, ὅτι ἐ προηγουμένως τόνδε τινὰ κολάσει, ἢ τιμῆσαι προήκει τῷ θεῷ, δικαίει δὲ τοιόνδε, ἢ τοιόνδε χρυσοῦν τότε δὲ αἰτίαν ἐν ἡμῖν κεῖσθαι. τὸ μὲν ἐν ἀπολουθεῖν τὴν ἡμετέρας προαιρέσεως καὶ τὴν ἐκείνου κρίσεως, ΤΥΧΗΝ ἀποχρῶν, ὥστε ἐστὶ τὸ ὅλον τοῦτο

* χρὴ μᾶλλον.

ΔΑΙ-

quibus homines externis molestiis afficiuntur. Si quidem per se alteri quidem divitias, alteri autem paupertatem divinum judicium tribuit: DIVINAM voluntatem nominari istud oportuit, non INFORTUNIUM. Sin autem nihil hujusmodi nominibus imperat; sed fortuito & temere accidit ut felix iste sit, sicuti dicunt, ille autem infelix: INFORTUNIUM vocare tantummodo istud oportuit, non DIVINUM INFORTUNIUM. Sin porro Deus arbiter unicuique tribuit quod meritis convenit; neque in causa est, ut tales ipsi simus; sed eo fine tantum justitiam possidet, ut ex præscripto ipsius gestis paria referat: non immerito conjunctis nominibus judicii decreta DIVINA INFORTUNIA nuncupat; sive, (quia divinum sit judicium atque intelligens) præponendum putarit quod DIVINITATEM atque scientiam demonstret; sive etiam (quod sponte malitiam idipsum amplectatur, de quo agitur, unde etiam calamitatibus istis dignum est) INFORTUNIORUM nomen adjecerit, tanquam non exprofesso certum hominem vel supplicio vel præmio afficere Deus statuat; sed eum semper, qui isto se atque illo modo gesserit; cujus rei causa non sit extra nos investiganda. Itaque voluntatis nostræ divinique judicii nexum INFORTUNIUM parere; nihilque aliud totum hoc

DIVI-

DIVINUM exsistere INFORTUNIUM, quam Dei adversus peccata calculum. Atque ita artificiosa vocabulorum inventione Dei curam, animique libertatem atque immortalitatem simul inducere; neque fato aut providentia fieri penitus; neque rursus fortuito & casu; neque etjam in eodem instituto vitam totam nobis contineri: sed quæcunque potestate nostra peccamus, ea ad voluntatem referri; quæcunque autem scelera sequuntur secundum justitiæ leges, fatum exsistere; quæ vero bona à Deo potissimum mittuntur, providentiæ adsignari: nihil denique eorum quæ sunt ad temerariam atque fortuitam causam referre, immo nec eorum quidquam quæ fiunt; nisi ex eventu, atque nexu eorum quæ providentia & fatum, ipsaque voluntas per se operantur, primis efficientibus causis accedat quod fortuitum nominatur. Exempli gratia: Vult judex in eum animadvertere qui cædem perpetravit, & non in huncce hominem: sed eum etiam supplicio afficit quem nolebat, quoniam homicidæ locum atque conditionem sibi assumpsit. Et est quidem judici ex instituto in homicidam lata sententia; ex eventu autem in huncce hominem, qui sponte personam homicidæ subivit. Et rursum,

Cædem

ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ΤΥΧΗΝ, τ' ὀπὶ τοῖς ἡμῶν πιθόροις θείαν λῆφον· καὶ ζωοποιάγει ὅταν τ' τ' ὀνομάτων τεχνικὴν δ' ρεσιν πάντε θεῖον ἐπιφαύσαν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον τ' ψυχῆς, καὶ ἀθάνατον· καὶ μήτε καθ' εἱμαρμόλιν, ἢ φρονοιαν παντα χρόνον γίνεσθ, μήτε ὡς ἔπυχε, καὶ ἀπὸ ταυτομάτυ, μήτε χρὴ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἡμῖν τ' θεῖον πάντα. ἀλλ' ὅσα μὲν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἁμαρτάνομεν, ταῦτα εἰς φρονοίσεως ἀναφέρεσθ· ὅσα δ' ὀπὶ τοῖς ἡμῶν πιθόροις καὶ τοὺς τ' δίκης ἔφεται νόμους, εἱμαρμόλιν· τὰ δ' φρονημένως παρὰ τὸν θεὸν ἐπιθυμίαν ἁμαρτάνεται, εἰς φρονοιαν εἰς δὲ τὸ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔπυχον, ὅλεθρ τ' ὄντων ἀναφέρειν τ' αἰτίαν· ἀλλὰ τῶν μὲν γινομένων, εἰ μὴ ἄρα καὶ συμβεβηκὸς, καὶ κατ' ἐμπλοκὴν τῶν ἀπὸ φρονοίας, καὶ εἱμαρμένης, καὶ προαιρέσεως φρονημένως ἐνεργημένοις ἐπακολουθήσει τὸ ὡς ἔπυχε τοῖς φρονοῦσι αἴτιοις· οὗ φέρε, ὁ διώκων τ' φονέα κολάζειν βέλεται, καὶ ὁ τόνδε τ' ἄνθρωπον· κολάζει δὲ καὶ τῶτον, ὃν ἂν ἐξέλεπ, ὅταν αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τ' τῦ φονέως ἐναρμόζει τάξιν. καὶ γίνεται φρονημένη μὲν ἡ καθ' τῦ φονέως αὐτῷ λῆψις· καὶ συμβεβηκὸς δ' ἡ καθ' τῦδε τῦ ἀνθρώπυ, ὅπ ἐκεῖνον κατέλυ τὸ τῦ φονέως φρόνημον· καὶ πάλιν,

ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος φονεῦσαι μὲν ἐβούλετο, δῦναι δὲ δίκας οὐκ ἤθελεν· ὥστε καὶ δίκη τότε γίνεσθαι περιγινομένου μὲν φονικὴ διάθεσιν, ὡς ἀπὸ τῆς αὐτεξουσίου τῆς ψυχῆς ὑπομενούσης· καὶ συμβεβηκὸς δὲ ἐπακολουθεῖν τὰς δίκη παύτη τρεπλώσεις τε, καὶ κακίας. τούτων δὲ πάντων αἴτιος ὁ νόμος ὁ κατὰ τὴν δικαστὴν τὴν περαιρεσιν τοῦ κολάζειν τὸν φυλακὴν ἐπιδεὶς, καὶ τὴν φονεῖ τὴν μωρὸν ἐπάγων. πρῶτον δὲ μισεῖ καὶ δίκη τὴν θείας οὐσίας λογίζεται τὴν περαιρέσεως ἀνθρωπίνης δράσει καὶ βουληθείσης, καὶ περαιρέσεως νομοφυλάκων δικαστῶν ἐπανορθοῦσθαι τὰ κακὰ πάσῃ μηχανῇ πειρωμένης, πλὴν ΣΩΦΡΟΝΙΩΝ ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ΤΥΧΗΝ ἀποτελεῖν· καθ' ὃν ὁ τὰ τοιάδε εἰργασμένος τῶν τοιῶνδε γίνεται ἄξιος πημάτων· τὸ μὲν περιρρεῖσθαι τὰ φαῦλα εἰς τὸ αὐτεξούσιον τὸ κεινομένης αἰτίαν ἀναφέρων· τὸ δὲ ἑπομένης τῇ ἀξίᾳ τιμήματος εἰς τὴν κεινομένων νομοφυλακικὴν ὀπτικήν. τούτων δὲ σύναγωγέα εἶναι τὸν νόμον τὸν ἀγαθὸν μὲν εἶναι καὶ δίκαιον, φαῦλον δὲ μηδὲν εἶναι διατεταγμένον. οὐδὲ γὰρ πρέπεσθαι ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἀγαθότητι ἐκ ἐκ ἀνδρώπης εἶναι τὸν κακὸν, ἵνα μὴ ἐμμένον τὸ κακὸν εἰς ἀναίδειαν παντελῆ τῶν ἀγαθῶν ἔλασιν, ὧν τὴν ἀναγκαίαν ὑπόμνησιν

ἢ

Cædem facere sceleratus volebat quidem, sed pœnas hoc dare nomine minime. Itaque & in ipso prius exstitit homicidii quidem institutum, tanquam ab animi libertate dependens; sed inde postea contigit ut tormenta etiam atque molestiæ subsequerentur: quorum omnium lex ipsa causa est, quæ judici voluntatem improbos atque homicidas damnandi plectendique suggessit. Idem plane mihi in divina natura etiam ipse considera. nempe, cum voluntas humana quæ mala sunt cupit admittere; eorum autem animus, quibus servandarum legum cura est, in scelera animadvertere toto conatu nititur; ex eo concursu DIVINUM creari INFORTUNIUM: cujus ratione qui talia admisit pari animadversione dignus efficitur: altero quidem judicationis causam ad arbitrii libertatem, quæ vitiosa prætulerit, referente; altero vero ad legalis disciplinæ rationem, quæ mulctæ gravitatem in damnatis sequitur. Amborum autem conciliatricem legem ipsam exsistere, quæ bona quidem ut sint omnia (quantum potest) statuit, mali autem nihil. Hæc enim cum ante in Dei bonitate subsistat, non sinit inultos esse malos: ne, si immoretur malitia, boni penitus oblivionem induerat; cujus necessariam recordationem

eorum justitia, in quorum tutela leges ipsæ sunt, omnibus suppeditat. Eodem igitur lex ipsa eos compellit, uti dictū est, & qui judices agunt, & qui malorum sensu coercendi sunt; ut ex utriusque peculiare bonum conficiat. Si enim est pœnas dare, quam non dare, utilius; sique, ut vitiorum coerceat immensitatem, damno pœna afficit: certum est legem, ut juvet atq; juvetur, duo ista genera tradere: ipsumque quod judicat, tanquam legis curam habeat, alteri præposuisse; quod autem ita natura comparatum est ut peccet, atq; judicetur, id ipsum, tanquam ab eo fiat legis violatio, præstantiori tradere, ut in ipsum animadvertat pro meriti ratione; quo tandem per ea quæ patitur, in legis cogitationem atque recordationem deveniat. Quam enim male agendo mortales denegant; eandem appetunt cum injuriam patiuntur. Verbi gratia; Cupit Deum non esse qui facit injuriam, ut vindictam, quæ veluti Tantali saxum semper imminet, minime patiatur. At eundem vult esse qui injuria afficitur, ut ejus auxilio adversus ea quæ patitur potiatur. Oportet igitur eos qui injuriam inferunt, injuriæ calamitatem experiri; ut quod in inferenda, avaritiæ morbo occæcati, non viderant, id ipsum patiendo addiscant, detrimenti molestia edocti; siquidem recte multam subeant. Sin autem protervitate improbitatem tueantur adhuc,

minus

μὴ παρὰ τὴν νομοφυλάκων δίκην χρηγεῖ. Σωφρόνει ἕν ὁ νόμος, ὡς εἴρηται, τοὺ πεφυκότας κείνειν, καὶ τοὺ πεφυκότας κακωίεδζ, δι' ἀμφοτέρων τὸ οἰκεῖον ἀφορίζόμενος ἀγαθόν. εἰ γὰρ τὸ διδόναι δίκην, τῶ μὴ διδόναι δεῖ λυσιτελέσειεν, καὶ πρὸς τὰ φρενισμὸν τὴν ἀμετρείας τῶν κακῶν ἡ δίκη βλάπτει· δῆλον ὅτι πρὸς τὸ ὠφελεῖν καὶ ὠφελεῖσθαι, δίδωσιν ὁ νόμος τὰ δύο ταῦτα χρήσιμα· τὸ μὲν κειπκὸν, ὡς νομοφυλακικὸν, τῶ ἑτέρω παρατάξας· τὸ δὲ ἀμβρτάνειν, καὶ κείνεσθαι πεφυκὸς, ὡς παρανομητικὸν, τῶ ἀμείνοσι παραδὸς χρῆσθαι, καὶ τὴν ἀξίαν αὐτὸ μεγαλειζεσθαι, ὥπως ἂν εἰς ἀνάμνησιν καὶ ἔννοιαν ἔλθῃ ποτὲ τῶ νόμω, δι' ὧν πάσχει κακῶς. Οὐ γὰρ ὃν τῶ παρατῆσειν κακῶς ἀπεργάζονται, τοῦτον ἐν τῶ πάσχειν κακῶς ὑπολαβεῖν οἱ ἄνθρωποι. οὕτω, ὁ δίκην βάλλει τὸν, ἵνα μὴ τὸ διδόναι δίκην, ὥσπερεί τινα Ταντάλειον λίθον ὑπερμάμενον ἔχῃ· ὁ δὲ δίκην βάλλει τὸν, ἐν ἐπικειρίας, ἂν πάσχῃ, τύχῃ. διὸ τοὺ ἀδικοῦντας εἰς τὸ ἀδικεῖσθαι παρεισιῶσι δεῖ, ἵν' ὃ μὴ ἔβλεπον ἐν τῶ δρᾶν, τῶ δ' πλεονεξίας πάσει μεδυόντες, ἐν τῶ πάσχειν μεγαμάθωσι τῶ τῆς ἐλαττώσεως ἀνιαρῶ παιδαγόμενοι, εἰ γε καλῶς ὑπέχοιεν δίκας. εἰ δὲ τῆ ἰταμότητι τῆς προαιρέσεως ἐπ κακιώοιντο,

αὐτοῖ μὲν ἴσως ἥττον ὠφελοῦνται παράδειγμά δέ τι γίνονται πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς εὖ φρονοῦσι, καὶ διδάσκεσθαι δυναμένοις τὰς αἰτίας ἧς τοιούτων παθῶν. ταύτας τ' κείσεως ἀρχὰς κυριωτάτας ἀποδεχόμεθα τὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ, τ' ἀπὸ ταύτης νόμον τ' ἐν ἡμῖν παραγινομένων ὀρθὸν λόγον, καὶ ὥσπερ πνὰ ἔνοικον θεὸν πλημμελούμενον· ἀποτέλεσμα δὲ τῆς κείσεως, ΤΑ ΑΛΓΕΑ, ὡς φησί, ταῦτα, ὅσα σραχύτερον ἡμῖν ποιεῖ τ βίον τ' ἀεὶ σῶμά τε, καὶ τὰ ἐκπὸς λύπας· ἃ δὴ ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ ὁ παρὼν εἰσηγητὴς λόγος ἐνδυμηθέντας τὰς αἰτίας αὐτῆς, καὶ ὅσων οἷόντε ἀφικόμενον τὰς, καὶ μεταπεθέντας εἰς ὠφέλειαν τὰ δοκοῦντα βλαβερά· μάλιστα μὲν δὴ θείων ἀγαθῶν ἑαυτὸς ἀξίους παρέχεσθαι διὰ τῆς ἀνεσπάστης ἀρετῆς. εἰ δὲ μὴ τῆς τούτων ἕπου, ἐν ἑρέξει δὴ γοῦν πολιτικῶν ἀγαθῶν διὰ τῆς μέσης ἀρετῆς τυγχανέτω. τοῦτο γὰρ ἴω, ὁ φησὶ τὸ παρὸν καλῶς τὰ ΑΛΓΕΙΝΑ, καὶ ΙΑΣΘΑΙ αὐτὰ ὀνομαζόμενα. τῆς δὲ ἴασις, ἢ τὰ προειρημένα πάντα, ἀφ' ὧν καὶ ἡ συλλόγισις δὴ ἀλγεινῶν ὀδυνῶν, καὶ ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ἀποδείκνυται· κεφάλαιον δὲ δὴ εἰρημένων, ὅτι ὁ θεὸς νομοθέτης ὢν ἅμα καὶ δικαστὴς,

πίθεται

minus quidem ipsi fortasse proficiunt; sed exemplo suo eos, proculdubio, qui sapiunt, quique ejusmodi morborum causas nosse queunt, erudiunt. Esse autem ista judicii principia maxime propria, Dei bonitatem arbitramur; & legem ab eadem manantem; rectam præterea rationem, quæ in nobis est, inique violatam, atque, veluti domesticum Deum aliquem, injuria affectam, & impie habitam: judicii autem eventum, ANGORES, ut inquit, istos, quotquot asperiorem nobis vitam corporis molestiis, atque externis efficiunt; quas ferre leniter versus admonet, & ad eorum causas advertere diligenter, easque, quantum possimus, amputare, & quæ noxia videntur in usum nostrum atque utilitatem transferre; maxime vero cœlestibus bonis per summam virtutem dignos nos exhibere. Sin autem quis ista nondum appetit; vel saltem civilia bona virtutis ope consequatur. Hoc enim ipsum fuit, quo nos ad DOLORES recte PERFERENDOS atque SANANDOS hortatus est. Quænam igitur alia fuerit MEDELA, præter illa quæ ante dicta sunt; quibus & dolor ipse ærumnarum rationi consentaneus, & sanandi via demonstratur? Est vero eorum quæ dicta sunt caput, quod Deus legislator simul atque judex,

eis favet quæ bona sunt, perdit autem quæ mala: unde fit, ut malorum culpa penitus careat. At eos qui studiis voluntariis mali effecti sunt, rectæq; rationis, quã intus habebant, obliti; tanquam improbos quidẽ ex legis instituto ulciscitur, quæ mala fieri caveat; tanquam homines autem, propter accedentem legis nexum ad voluntatem, quod INFORTUNIUM nominamus. Non enim simpliciter hominem, quatenus homo est, lex ipsa ulciscitur; sed qua ratione malus est. Ut autẽ talis evaderet, causam primam habuit in propria voluntate positam. Ex quo vero malus effectus est, (quod in nobis situm fuit, non autẽ in Deo) tunc pœnis afficitur (quod in voluntate divina, non autem in nobis est positũ.) Fuerit porro scopus legis unus Deo congruus maxime, hominibusque utilis, ipsa vitiorum amputatio atq; purgatio, admotis quibuslibet justitiæ castigationibus: ipsaq; etiam animi ad prava dilabentis in rectæ rationis viam revocatio. Cum igitur ita se lex habeat, eademque semper loquatur; non quilibet eadem semper consequitur, qui alias aliud, quod compensatione dignum sit, admiserit. Non enim justum esset illud, neque nobis etiam conduceret. Sed parit judicii mutationem rei mutatio, quæ judicatur. Qui enim possit, qui similis non est, iisdem dignus haberi? Sunt igitur

AEQUO ANIMO FERENDA DI-

πάθεϊ μὲν τὰ ἀγαθὰ, ἀναιρεῖ δὲ τὰ κακά. διὸ κὴ πάντη κακῶν ὄντι ἀναίτιος· τοὺς δὲ κακυνθέντας αὐτεξουσίαις ὁρμαῖς, κὴ τὰ ἐν αὐτοῖς ὀρθὸν λόγον ἀμνημονήσαντας, ὡς μὲν κακὰς κολάζει κτὶ τὸν νόμον τὸν ἀπαγορεύοντα τὰ κακά· ὡς ἢ ἀνθρώπους, τῇ ἐπεισιούσῃ ὀπτηλοκῇ τῶ νόμω πρὸς τ προαίρεσιν, ἰῶ δὴ ΤΥΧΗΝ καλοῦμεν. ὁ γὸ ἁπλῶς τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἄνθρωπος, κολάζει ὁ νόμος, ἀλλ' ἢ κακός. τῶ ἢ κακὸν γενέσθαι, τ προφάσιν αἰτίαν εἶχεν ἡ προαίρεσις· ἐπεὶ δὲν κακὸς γένη (ὅπερ ἰῶ ἐφ' ἡμῖν, ἀνυ ὐκ ὄντι τῷ θεῷ) τότε δίδωσι δίκας. (ὅπερ ἰῶ ὄντι τῷ θείῳ νόμῳ, ἀλλ' ὐκ ἐφ' ἡμῖν) σκοπὸς δὲ τῶ νόμου μόνος ἂν εἴη πρέπον τῷ θεῷ, κὴ ἡμῖν ἐπωφελὴς, τὸ κάλλος τ κακίαν, καὶ ἀποκαθαίρει τοῖς παντοδαποῖς τ δίκης σωφρονισμοῖς, κὴ ὀπτέφαι τὴν ὑποπεσοῦσαν τῇ πονηρίᾳ ψυχὴν εἰς ἀνάμνησιν τῶ ὀρθῶ λόγου· κὴ ὅπως ἑαυτὸν τῶ νόμου, κὴ τὰ αὐτὰ ἀεὶ φθεγγομένῳ, τὴν ἀξίαν ἕκαστος ἀμοτε ἀμῶν ποιήσας ὁ θεὸς αὐτῶν ἀεὶ πρόχειρον. ὁ γὸ δίκαιον τὸ τό γε, ὁ δὲ ἡμῖν συμφέρον. τὴν δὲ μεταβολὴν τῆς κείσεως ἢ τῶ κειμένῳ μεταβολὴ δίδωσι· τὸν γὸ μὴ τοιοῦτον πῶς τῶν αὐτῶν ὄντι ἀξιοῦν; ΚΑΛΩΣ ΦΕΡΕΙΝ ὃν

τὸς

τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ δεῖ, καὶ ΜΗ ΑΓΑΝΑΚΤΕΙΝ διδόντα δίκλω, καὶ ὅσον ὅπι τῇ θείᾳ κείσει καθαιρόμενον διὰ τῆς δοκούντων ἐμποδίων εἶ) φεύξ ἐυπάθειαν τὸ τῇδε βίου· ὁ τοιοῦτος λογισμὸς ΙΑΣΙΣ ΤΕ γίνεῖ) τῆς περιωδυνημένων, καὶ ὑπερφυᾶ τροὺς τ' ἐνυπάρχοντα ἡμῖν λόγον ὀρθόν· πῶς γὰρ ὁ κακίας ἔξω καρπὸς τὰ ἀλγεινὰ πεδέμενος, ἃ φεύξεῖ τ' εἰς αὐτὰ καλάγας αὐτὸν αἰτίαν; καὶ εἰ δεῖ χαλεπαίνειν ἐν τοῖς λύπεσῖς, ἑαυτῷ μᾶλλον οἰήσεῖ δεῖν χαλεπαίνειν, ἢ τῷ κωλύοντι τ' πορεῖαν θεῷ διὰ τ' ὀργάνων τ' δίκης, δι' ὧν δεῖ ζωνεῖναι καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι τῆς θείων νόμων, μηδὲ ἐκόντας κακοῦσθαι. ἐ γὰρ ὡς ἔτυχε τὰ ἀλγεινὰ τοῖς ἀνθρώποις διανέμεῖ), εἰ μὴ θεὸς, καὶ δίκης ὄσοι πεφεύγασιν ἢ ὤφλον, τιμὴ ἀξίαν ΜΟΙΡΑΝ ἐφ' ἑκάστοις ἐπάγοντες. διὸ καὶ τὸ ἐ ΠΑΝΤΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ ΤΑ ΑΛΓΕΙΝΑ ξυμπίπειν, ἔυλογον. πρῶτον μὲν γὰρ ΟΙΣΟΥΣΙΝ αὐτὰ ΠΡΑΩΣ τῇ ἐυαρεσίᾳ τῆς θείας κείσεως, καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς προσκλήσει, δι' ὧν πραότερα μὲν τὰ χαλεπὰ γίνεῖ). καὶ ἔυξυμος δὲ τῷ λοιπῷ ὁ βίος μηδαμῶς ἐνοχλήσειν ἡμας τὰ τοιαῦτα, εἰ μὴ ἀγαθοῖς ἡγουμένοις

χρῆ

DIVINA INFORTUNIA: NEC EI AEGRE FERENDUM qui pœnas luit, quique, quantum divino judicio visum est, iis rebus purgatus est quæ hujus vitæ oblectationem morari videbantur. Fuerit vero isthæc ratiocinatio MEDELA quædam eorum quæ ante peccata sunt, & ad rectam rationem quæ in nobis est, conversio. Quo pacto enim qui vitiorum fructus esse calamitates arbitratur, non causas fugiet quibus ad illas iter est? Præterea, si in rebus quæ dolorem pariunt, æquum est exacerbari, sibi potius esse succensendum arbitrabitur, quam Deo, qui malitiam justitiæ armis repellat, quibus licet divinas leges nosse, earumque recordari, nec nisi sponte malis affici. Non enim fortuito calamitates distribuuntur hominibus; si Deum nobis præesse, justitiæque fines regere, atque meritam singulis SORTEM inferre verum est, quo fit, ut quod NON PENITUS BONIS CALAMITATES accidere dixit, veritati consentaneum sit. Primum enim illa FERENT MODERATE judicii divini placito, deinde virtutis adeptione persuasi; cujus auxilio leviora fiunt quæ molesta fuerant. Est præterea non vana spes vitam nostram deinceps talibus nequaquam perturbatum iri; siquidem bonis effectis

ipsa

ipsa summæ virtutis adeptione divina, bona nobis recondantur, mediæ autem humana. SANABUNTUR præterea & ista, quantum poterunt, si LEVITER FERENDO, ea curandi rationes didicerimus. Qui enim possunt sacris supplicationibus pro Dei dignitate uti, qui providentiam atque justitiam humana negant intueri; animumque nostrum immortalitate præditum, externa ista quandoque sortiri, prout se voluntariis motibus dignum præbuerit? Qui enim ad ista SORTEM præsentem non retulerit, ubi eam MODERATE FERENDI occasionem queat invenire, ubi etiam MEDENDI artem, dici profecto non queat. Neque enim sane talibus confestim datur acquiescere, tanquam sint indifferentia, aut contrariis præstantiora; quia per se ideo fugienda videantur, quod dolorem pariant atque laborem. quæ autem sunt ejusmodi non solet natura nostra admittere, tanquam propter se amplectenda, nisi certe boni sit aliquid quod ex doloris molestia exspectetur. Est igitur ægre ferre necessarium, & tædio multo affici, atque ex ea quam ipsi natura habemus ignoratione dolores amplificari, & pœnas dare nihilominus: maximam autem nobis improbitatem accersere,

si

χῆ ἡ ἀκεστάτῳ ἀρετῷ τὰ θεῖα ἀγαθὰ ἡμῖν ἀπόκειθ᾽ χῆ ἡ τῷ μέσῳ ἕξιν, τὰ ἀνθρώπινα. ἔπειτα ἢ ΙΑΣΟΝΤΑΙ ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ τὰ τοιαῦτα ἐξ αὐτῶ τῷ ΦΕΡΕΙΝ ΠΡΑΩΣ τὰς μεθόδους τῆς θεραπείας αὐτῶν διδασκόμενος πῶς δ᾽ οἷόν τε ἢ ἱεραῖς ἱκεσίαις θεοσεπῶς χρήσασθαι, μὴ περόνοιαν καὶ ἄγνοιαν ἐφορᾶν τὰ ἀνθρώπινα πεφυκέναι, καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀθάνατον ἔδ᾽ τοιούτων ἐκάστοτε συγχύνειν ἢ ἔξωθεν, οἷ ἂν ἑαυτῷ ἀξίαν παρέχοιτο ἐκ ἢ περαιτέρω κινημάτων; ὁ δὲ μὴ εἰς ταῦτα ἀναφέρων ἢ παρῆσαν ΜΟΙΡΑΝ, πόθεν πε ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ αὐτὴν τὰς ἀφορμὰς λήψεθ᾽; πόθεν ἢ τῷ ΙΑΣΘΑΙ ἢ τέχνῃ; ἐκ ἔστιν εἰπεῖν· ἐυαφεξῆσαι μὲν γὰρ αὐτόθεν τοῖς τοιούτοις ἐκ ἔστιν, ὡς ἀδιαφόρως ἢ ἀμείνοσι ἢ ἐναντίων, ἐπειδὴ παρ᾽ ἑαυτῆ φύσιν ἔδ᾽ φαίνεθ᾽ ἀλγεινὰ ὄντα, καὶ ὀδύνας. τὰ δ᾽ τοιαῦτα ἐ φεισάμενα ἡμῶν ἡ φύσις, ὡς *διὰ ταῦτα αἱρετὰ, εἰ μὴ ἄρα ἀγαθὸν παρασ- * κε δὲ βλαπτόμενον εἴη ὅτι τῇ πλημμελείᾳ ἢ δυσχερῶν. ἑαυτὰ ἀνάγκη ἔν δυσχεραίνειν, καὶ δυσαρεσίας ἐμπίπλασθαι, καὶ περσεπιτείνειν τὰ ἀλγεινὰ ἐκ ἐ φεῖ ἢ ὑσίαν ἡμῶν ἀγωγίας, καὶ ὑδὲν μὲν ἧττον ὀδύναι δίκας· ἢ μείζω δὲ ὀδυνῶδες κακίαν,

ἐὰν

ἐὰν ἀπρονόητον τὸ πᾶν, ἢ κακῶς φρονπζόμενον οἰησώμεν. τοῦτο δ' ταυτόν ἐστι τὸ μὴ εἶεδαι εἶ θεόν· ἢ ἄντα μὴ προνοεῖν· ἢ προνοοῦντα μὴ ἀγαθὸν εἶ), καὶ ἀδίκημον, ἃ δὴ τ παντοδαπῆς ἀδικίας ἔστι συνεκπώτατα, καὶ πρὸς πᾶς κακίαν ζυνωθοῦντα τὸν τοῖς τοιούτοις ἐθιζωμένα δοξάσομεν. ὡς γὰρ ἡ εὐσέβεια μητὴς τ ἀρετῶν ἀνεφάνη, ὅτω καὶ πάσης κακίας ἤγεμὼν ἡ τ ἀσεβείας ἀποπλωσις. μόνῳ δ' ἔν ἐξευρήσει τούτων τ ΙΑΣΙΝ ὁ ΠΡΑΩΣ αὐτὰ ΦΕΡΕΙΝ ἐκδιδαχμένῳ. τοῦτο δ' διὰ φιλοσοφίας μόνης παραγίνε) τὰς πάντων τ ὄντων ὡσίας ἀκριβῶς διηρθμένης, καὶ τὰς ἐποιένας τ ὡσίαις αὐτῶν ἐνεργείας, ὧν εἱρμὸς καὶ ζυνταξίς ἐστιν ἡ μία ὅλων διοίκησις, ἀφ' ἧς καὶ τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ ἀπονέμεσθαι ἀνάγκη· εἶ) δ' τ ἐκάστῳ ἀπονεμηθεῖσαν ἀξίαν τ νῦν λεγομένῳ ΜΟΙΡΑΝ, ἠρτημένην τ τ προνοίας τοῦ θεοῦ, καὶ τ κοσμικῆς ζυταξίας, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως. εἰ μὲν γὰρ εἶη θεῶν πρόνοια, ἐκ ἂν εἴη τάξις ἐν κόσμῳ, ἰῶ καὶ εἱμαρμένην ἂν εἴποι τις. εἰ δ' μὴ ταῦτα εἴη, δίκη, καὶ κρίσις τ κακῶν ἐκ ἂν γένοιτο· ἀμὴ δὲ τιμὴ καὶ ἀποδοχὴ τ ἀγαθῶν. προνοίας δὲ ὔσης, καὶ τάξεως, πάντας ἔλεγε τοὺς νῦν γεγωμένους τ ἴσων ἀγαθῶν

si mundum providentia carere, aut male administrari existimemus. Fuerit vero istud idem plane, atque Deum non esse putare; vel si sit, minime providere; vel denique si prouideat, nequaquam bonum & justum existere. quæ certe nullum non iniquitatis genus complectuntur; eumque qui se talibus capi patitur opinionibus, ad scelera quælibet impellunt. Ut enim virtutum mater est pietas in Deos: sic vitiorum omnium dux ejusdem contemptus. Horum igitur MEDELAM solus invenerit, qui ea FERRE MODERATE didicerit. Id autem Philosophia una præstiterit, quæ rerum omnium naturas, & actiones quæ naturas ipsas consequuntur, exacte noverit: quarum series atque ordo ipsa est universorum administratio; à qua DIVINA INFORTUNIA necesse est distribui; nec esse aliud mercedem cuique tributam, quam SORTEM, de qua nunc sermo est, quæ à Dei providentia, mundanique ordinis præstantia, atque hominum voluntate dependeat. Neque enim si non esset providentia, ordo ille in mundo exsisteret, quod fatum possit aliquis appellare. nec si ista deessent, ulla esset mulcta, ullumque adversus sceleratos judicium. Immo nec bonorum præmium, nec commendatio. At vero providentia atq; ordine exsistentibus, omnes oportebat qui jam nascuntur eadem bona SORTIRI, si nihil à seipsis ad inæqualitatem,

con-

contuliſſent. Sed liquet imparem eorũ SORTEM exſiſtere. Apparet igitur obſtare voluntatis noſtræ inæqualitatem, quæ providentiæ judicio ſubjecta eſt, quo minus ipſis fiat æqua diſtributio, cum pro meriti ratione SORTEM cadere neceſſe ſit. Cæterum ne nos conturbet, quod in brutis quoque animantibus, in plantis, in his etiam quæ vita deſtituuntur, eandem quam in hominibus inæqualitatem cernimus. Non enim propterea res noſtræ providentia non reguntur, ſi in illis iſta caſu contingant; vel ſi in eiſdẽ etiam pœna & judicium, virtutiſq; & vitii inſit conſideratio; cum exacte adeo fiant quæ ad nos attinent. Primum enim ita ſe habent, quæ anima carent, uti communis materia plantis, brutiſq; ipſis atque hominibus. Sunt præterea animalia nonnulla in alimentum data cæteris atque hominibus. quo fit, ut eadem inter ſe faciant, non quod ad eorum meritũ advertant quæ patiuntur, ſed ut ſuam ipſa vel famẽ placent, vel morbũ curent; utq; omnino quod ſibi deeſt, undecunq; facere liceat, conſequantur. quo fit, ut cæteris animalibus inde naſcatur infelicitatis occaſio, quod ea, ſiquibus indigem⁹, uti ſeſe offerunt, in uſum noſtrũ convertimus: felicitatis autem cauſa quam habere videntur, noſtra ſit erga ipſa animi propenſio, atq; affectio. Si igitur ulterius promovens oratio alios quoſdam etiam non deeſſe præſtantiores nobis opponat;

qui

ΤΥΓΧΑΝΕΙΝ, εἰ μηδὲν παρ' ἑαυτὴν εἰς τὸν ἀνισότητα ζωστέλεσαν. φαίνονται δὲ ἐν τῇ ἴσων τυγχάνοντες. δῆλον οὖν, ὡς τὸ τῆς θεραιρέσεως ἄνισον ὑπαλλήλθεν τῇ τῆ θεγνοίας κείσει, ἐκ ἐᾶ τῆ ἴσῳ αὐτοῖς ἀπονέμεσθαι MOIPAN, εἴγε τῆ θεὸς ἀξίαν ἀνάγκη τυγχάνειν. μὴ ταραττέτω ὑμᾶς τὸ, κὴ ὅτι τῆ ζώων ἀλόγων, καὶ φυτῆ, κὴ αὐτῆ τῆ ἀψύχων τὸν αὐτὸν ἀναμοίαν ὑπαφαίνεσθαι, ἢν κὴ ἐπ' ἀνθρώπων. ἐ γὸ διὰ τῆτο τὰ καθ' ἡμᾶς ἀθεγνόητα, εἴγε ἐκείνοις ταῦτα, ὡς ἔτυχε, ζυμβαίνῃ· ἢ κὴ ἐπ' ἐκείνων δίκη κὴ κρίσις, κὴ ἀρετῆς κὴ κακίας ἐκλογισμοί· ἐπεὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ἔτως ἠκείβωται. πρῶτον μὸ γὸ τὰ ἄψυχα ἔτως ἔγκειται, ὡς κοινὴ ὕλη φυτοῖς, καὶ ζώοις, καὶ ἀνθρώποις. κοινὴ ζοφὴ θεόκειται κὴ ἕνια ζώων ζώοις τε, κὴ ἀνθρώποις. Διὸ κὴ ποιεῖ ταῦτα εἰς ἄλληλα ἐ τῆ τῶ παθόντων ἀξίαν ὑπισκεπτόμενα, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν πεῖναν, ἢ τῆ νόσον θεραπεύοντα, καὶ ὅλως τὸ ἐνδεὲς αὐτῆ πληροῦντα, ὅθεν ἂν τῆτο ποιεῖν ἔξῃ. ὥστε δυσυχίας ἀφορμὴν ἔχειν τοῖς ζώοις τὸν ἡμετέραν χρείαν ὀκ τῆ παρατυχόντων πληροῦσθαι, κὴ τῆς δόκησις ἐυτυχίας αὐτοῖς ἄπον τὸ παρ' ἡμῶν θεραπεύεσ. εἰ μὸ ἔν θεοῖσιν ὁ λόγος κὴ ἀνθρ κρείττονας ἡμῶν πνας ἀθλοσπήσαμεν,

ὅπως ἀποχρωμένους ἡμῖν πρὸς πλήρωσιν τῆς ἑαυτῶν ἐνδείας, ὡς ἡμεῖς τοῖς ἀγόροις φαινόμεθα χρώμενοι· ἀνητοὺς ἐκείνους ἔδει ὁμολογεῖν, καὶ φαίνεσθαι τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν ἐκείνων χρείαν ἀναλισκόμενα. εἰ δὲ μηδὲν τῶν περὶ ἀνθρώπου ἀνητὸν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἕκαστος ὢν τῶν λογικῶν ἡμῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατος εἰς σῶμα ἀνητὸν ἐκ πρεσβύτερος ἔρχεται, καὶ συγχύσεί τι τοῖς ἀλόγοις ἀναλαβὼν ὄργανον ὅπῃ χρῆς πολιτεύεται· ἀδὲν ἂν εἴη τὸ τῆς ἡμετέρας δυσχεράνας εἰς τὴν ἑαυτῶν δοίνην ἀποχρησάμενον· ἔκκυν ἀδὲ τὸ ἀπάκλως χρησάμενον ἡμῖν πρὸς δυμίαν πληρώσεως. δίκη πίνυν καὶ τάξις τοῖς περὶ ἡμᾶς ἀθανάτοις τοὺς ὄρους τῆς περὶ ἡμᾶς διοικήσεως νομοθετεῖ, παῦτα μηχανᾶσθαι περὶ ἡμᾶς, ἃ τὴν γε ἐντεῦθεν κακίαν ἡμῖν ἐλαττοῖ, καὶ πρὸς αὐτοὺς ὀπτρέφειν ἡμᾶς δύναται. κίνδυνος γὰρ ἡμῖν, ὡς συγγενῶν, ἐκπεσόντων. ὅθεν αἰδὼς, καὶ νέμεσις, καὶ αἰχμὴν ἀποτρέπουσα τῶν κακῶν, ἀνθρώπους μόνους ὀπτρέφειν λέγον ὀρθῶς. τὸ γὰρ λογικὸν ζῶον μόνον σωματάνεσθαι τῆς δίκης πέφυκε. τοῖς μελίσσαις δὲ ὄρεσι διεσῶσας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀλόγων, διεσώσῃ πάμπολυ καὶ τῇ διοικήσῃ χρῆναι πρεσβήκοι. σύμμετρος γὰρ τῇ ὑσίαις τῶν ὅλων καὶ ὁ τῆς προνοίας δεσμός. καὶ ὡς ἔκαστα ὑπάρξει παρὰ τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ,

ὅτω

qui nobis quoque ad eorum quibus indigent supplimentum abutantur, non aliter quam & ipsi ratione carentibus uti videmur: mortales illos esse probari oportuit, hominumque corpora in eorum usum atque necessitatem impendi. Verum si nihil est omnium quæ homine superiora sunt morti obnoxium, quoniam & ipse ultimus ex eorum genere quæ sunt ratione prædita, & ob id immortalis in mortale corpus ex necessitate venit, ibique assumpto rationis expertibus cognato organo in terra versatur; nihil esse queat quod miseriis nostris ad suas epulas abutatur; nihil etiam certe quod nobis utatur inordinate ad cupiditatis expletionem. Fines igitur Diis immortalibus, qui nobis præstant, suæ nostri administrationis justitia atque ordo præscribunt; ut ea nostro nomine moliantur, quibus hic minuatur nequitia nostra, & quibus ad ipsos reverti valeamus. Sunt enim nostri solliciti, tanquam cognatorum, cum labi nos contigit. Quo fit ut verecundia, divinaque ultione, atque dedecore homines tantum à vitiis revocari recte dicatur. Solum enim quod ratione præditum est animal justitiam natura percipit. Nos ergo, qui intervallo longissimo à brutorum natura distamus, separata valde administrationis etiam ratione uti convenit. Est enim universi naturis etiam providentiæ lex maxime congrua. Singula deinde qua ratione à Deo

opifice edita sunt, eadem & ipsa providentiam sentiunt. Videtur porro singulos quidem hominum animos ipse produxisse, brutorum autem sola genera; illis naturæ fingenti commissis: uti Platoni, Timæoq; Pythagorico visum est; quibus placet, nihil eorum quæ morti sunt obnoxia à Deo immediate conditum esse, animos autem hominum ex eadem temperatione qua mundani Dei atq; dæmones, ipsiq; etiam illustres heroes, factos esse: ideoque in singulis hominibus providentiam elucere; quomodo ab istis evocentur, quomodo in illa propendeant; quomodo hic degant, quomodo isthinc alio se conferant: quorum nihil in vita quæ ratione careat effici oportuit. Neque enim ad Deum accedit, quæ invitari atque excitari nequeat. Nec potest in terris fungi administratione, quæ tanquam planta cœlestis exsistat. Neq; id habet à natura, ut ad astrum aliquod, quocum apta sit, referatur. Atque hæc quidem in eos qui casibus humanis indignantur, quique modis omnibus providentiam destruunt, à nobis responsa sint. Quibus & ista jure possunt adjici, eoipso videri hominum mores cum ratione consentire, quod res adversas FERANT MODERATE: nec ea tantum ratione fieri leviora, quibus tum nos angi contigit; sed futuris etiam adferri remedium. Vos autem cum INDIGNAMINI, quid aliud ipsi proficitis, quam quod impietatem, malorũ omnium graviſſimum, labo-

ὅπως καὶ φρονήσεως ἀξιῶ). φαίνεται δὲ ἐπὶ μὲν τὰ ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἐκβάσεως αὐτὰς ὑποσήσας· ὅτι ἢ τὴν ἀλόγων μόνα φύσιν, φρονίμων τῆ διαπλαττόσῃ αὐτὰ φύσει, ὡς Πλάτωνι δοκεῖ, καὶ Τιμαίῳ τῷ Πυθαγορείῳ, ἅδην μὲν φρονήσεως τὸ ἀνθρώπινον δημίουργημα ἔχει τὸ θεῖον παρεμένοις. τὰς δὲ ἀνθρωπίνας ψυχὰς γίνεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ κρατῆρι τοῖς τε ἐγκοσμίοις θεοῖς, καὶ τοῖς δαίμοσι, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἥρωσι. Διὸ παρέσεια ἐπ' ἀνθρώπων ἔχει καθ' ἕνα ἕκαστον, πῶς ἀφίσται τ' ἐκεῖ· πῶς πρὸς τὰ τῇδε νέμει· πῶς ἐντεῦθεν πολιτεύεται· πῶς ἂν ἐντεῦθεν ἀναχωρήσειε ἐκεῖσε· ὧν ἅδην δεῖ περὶ τὸ ἀλόγου ζωῆς μεταβάλλεσθαι. ἅδε δ' ἦλθεν ἀδυνατίσασα ὁπαπτεῦσαι πεῷ· ἔτε ὅπῃ γῆς δύναται πολιτεύεσθαι, ὡς φυτὸν ἕσα ἐρέμνιον· ἔτε πρός τι ξυνόμων ἄρρον ἀνάγεσθαι πέφυκε. καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἀπολογήσθω ἡμῖν πρὸς τοὺς δυχεραίνοντας, καὶ παλαιόθεν τὸ ἀπρονόητον κατασκάζοντας· πρὸς δὲς καὶ ταῦτα εἰπεῖν δίκαιον, ὅπ ἐν τῷ ΠΡΑΩΣ τὰ δυχερῆ ΦΕΡΕΙΝ, ὁ ἀνθρώπινος βίος ἐυλόγως ἀναφαίνεται, καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἐπελαφρυόντων τὰ δυχερῆ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἰώμενος. ὑμεῖς δ' ἀγανακτήσεσθέ τί κ' ὀνήσετε, εἰ μὴ μόνον προσθείητε τοῖς πόνοις τὰ μέγιστον

τὴν κακῶν ἀσθένειαν, ἢ αὐτὰ ἢ τὰ χαλεπὰ ὑπαλλάττεσθαι ἑαυτοῖς ἀνεργάσησθε τοῦ παρὰ τὴν ἀξίαν πάσχειν αὐτὰ δοκεῖν; ἢ γὰρ νοσῶν κἂν ἀγανακτεῖ ὅτι νοσεῖ, δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον νοσήσει· διὸ δὲ χαλεπαίνειν δεῖ παρὰ τὴν ἀξίαν τὴν ἀποδόσεως γνωμόνης, ἵνα μὴ καὶ χείρονα ἐν ἕξει γνώμεθα· διὰ τὴν ὅπη τοῖς παθεῖν βλάσφημον δυσφορίαν. σκεψώμεθα δὴ αὐτὸ καὶ τῇδε· εἰ τις πενίαν καθὼν ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙ, φεύγει τὴν ἀπὸ τῆς ἀφθονίας καὶ ἁλυσίας, καὶ ἐξαιρήσει πνὰ τὸ βίου παραμυθίαν· τοῦτο μὲν τὸ λογισμῷ πρέπον ἐξαιρεισθαι ἐυλόγως διαθροῦντι, τὸ μὴ συγκεχύσθαι τῇ λύπῃ· τοῦτο δὲ ἀναμιμνήσκων αὐτὸν τὴν πάσαν τοῦ ἔμφρονος καρτερείας, καὶ ζωοκτονεῖν ὅσα δυνάμεως, τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸν βίον. ὁ δὲ ΑΓΑΝΑΚΤΩΝ, καὶ γυναικείως πεφοβημένος, πρῶτον μὲν ἐκκόπους λύπας θεραπευτέον· ἔπειτα θεραπευόμενον τῷ τὴν πενίαν πενθεῖν, ἄπορον παντελῶς γίνεσθαι, ἔστε παρ' ἑαυτὸν τι σχολάζων εἰς πόρον συμβάλλεσθαι, ἔστε παρὰ τὴν πλησίον ζωὴν ἡμῶν, ὅσον μὴ ἐλάττω χαίειν αὐτῷ τις θεραπεύσειεν· ὃ πάλιν ἐκ τῆς διαθέσεως τὸ δηλοῦν ὀπτεύειν τὴν λύπην τοῦ εἰς τοῦτο χρείας καταστῆναι. ἐκ πάντων ἂν τὴν εὐπρεπῶν ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ

δεῖ

laboribus vestris adjicitis; eoque dolorem vestrum majorem efficitis, quod præter merita torqueri vos existimatis? Annon enim qui morbo afficitur, si eundem ferat acerbius, graviorem faciet? Non est itaque ægre ferendum quod pro meritorum ratione reponitur, ne urgentium molestiarum acerba reprehensione, deteriorum etiam habitum nobis contrahamus. Consideremus vero & istud hoc loco; Siquis in paupertatem delapsus ipsam FERAT MODERATE, præterquam quod ita sibi dolorem adimit, vitæ etiam certam oblectationem nanciscitur; partim quidem, quod idoneam alimentorum suppeditationem meditando inveniet, si dolore non conturbetur; partim vero, quod ejus prudentiam, animique robur qui vicini sunt admirantur, & suppeditant ad vitam necessaria, quantum possunt. At vero, qui INDIGNATUR, cum muliebri more exacerbatur, primum quidem dolores sponte sibi accersit: in luctu deinde paupertatis defixus non potest omnino efficere, ut sibi nec à seipso aliquid vacet ad sublevandam inopiam conferre, nec viciniorum contributionibus sublevari; nisi quantum stipis ergo alicui quis projecerit, quod rursum pro largientis animo, ei qui in tanta rerum penuria versatur dolorem auxerit. Patet igitur ex iis quæ dicta sunt, MODERATE FERENDOS

ESSE casus adversos, & ADHIBENDA REMEDIA quantum possumus, causasque ipsorum pravis cogitationibus esse adscribendas; neque ignorandum, cum providentia sit, non posse eum negligi qui bonus nunc exsistat, quantumlibet antiquis divinæ iræ notis compunctus sit. Eadem enim opera, dum virtus acquiritur, & eorum vitatur molestia, & MEDICINA invenitur, quæ ex sese quidem auxilium adversus dolorem adferat; à providentia autem molestiarum liberationem. Calamitates enim invexerunt nostra simul iniquitas & judicium divinum, cujus est in sceleratos animadvertere: sed tolluntur eædem percommode virtute nostra atque providentiæ lege, quæ eos malis liberet qui sponte sua quod bonum est amplectuntur. Tot tantaque adeo ex versibus istis possumus haurire præcepta, quæ ad virtutis institutionem primam conferunt. Videntur enim & providentiæ, & fati, libertatisque animi verissimas rationes complecti; quibus molestiam illam, quæ in eorum quæ cernuntur dissimilitudine versatur, oratio examinavit; inque omnibus malorum causam Deum nequaquam exsistere demonstravit. Quod si quis ista superioribus conjungat, una omnium esse ratio videbitur, quæ animi æternitatem confirmet. Quod enim justitiam esse colendam,

quod

δεῖ τὰ συμβαίνοντα· καὶ ΟΣΗ ΔΥΝΑΜΙΣ ΙΑΣΘΑΙ δεῖ, τὴν διαιρόφοις ἐννοίαις τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐκλογιζομένους, καὶ ζωοῤῥῶντας, ὅτι φρονήσεως ἔστις, ἐκ ἀμιγεῖται ὁ ἀγαθὸς νῦν γινόμενος, κἂν παναιῶν μιαιμάτων ἐφέλκηται σύγκλεια. καὶ αὐτὸ γὰρ κλᾶσθαι τὸν ἀρετὸν καὶ τὸ ὀλίγον αὐτῶν διαφάγει, καὶ τὴν ΙΑΣΙΝ ἐξευρίσκει, παρ' ἑαυτῆς μὲν βοήθειαν τῆς ἀλυπίας εἰσφέρων, παρὰ δὲ τῆς φρονήσεως τὴν ἀπόλυσιν τῶν χαλεπῶν κομιζόμενος. ἡ γὰρ ἡμετέρα κακία, καὶ κρίσις θεία πυῤῥαμβόη τὴν πονηρίαν, τὰ χαλεπὰ ζωοφόρησεν. εἰκότως· ταῦτα λύεται πάλιν ἀρετῇ τε ἡμετέρᾳ, καὶ νόμῳ φρονήσεως ἀπολύονται τῶν κακῶν τοῦ παρ' ἑαυτῶν φεύγοντος τὸ ἀγαθὸν ὑπαδεδωκότας. τοσαῦτα ἂν λάβοιμι καὶ ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν δόγματα πρὸς ἀρετῆς στοιχείωσιν ζωτελοιῶτα. τοῦ γὰρ περὶ φρονήσεως καὶ εὐμῤῥυθμίας, καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἀληθεστάτους λόγους φερέχρηστα ἀναπέφηνε, δι' ὧν τὸ τῶν φαυλοτάτων ἀνωμαλίας δύσκολον ἀπέδυσεν ὁ λόγος, καὶ διὰ πάντων ἀπέδειξε τῶν κακῶν ἀναίτιον τὸν θεόν. εἰ δέ τις ταῦτα λοῖς προτέροις ὑπισχνάψειεν, εἰς ἓν πάντων ἀναφανήσεται λόγου τὴν τῆς ψυχῆς ἀϊδιότητα βεβαιούμενος. τὸ γὰρ δικαιοσύνην ἀσκεῖν,

καὶ

καὶ ἡμιναίως ἀποθνήσκειν, καὶ περὶ τὰ χρήματα ἐλαττουμένως διακεῖσθαι, τῆ μὲν ζωοποιῷ τοῦ σώματος ἀποθνήσκειν τῆ σώματι τῆς ψυχῆς μάλιστα χρήζῃ πρὸς κάθαρσιν, ὡς ἤδη εἴρηται. τὸ δὲ τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ, καὶ ΙΑΣΘΑΙ ΔΥΝΑΣΘΑΙ, τῶν μὲν συγγενῶν τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς νοῦν ἐρᾶν δεόμενον· ἐκ δ' ἀμφοτέρων τὸ ἡμέτερον καὶ φθορᾶς κρεῖττονα εἶναι τῆς ψυχῆν ἀποδείκνυσι, καὶ ἕτερον ὂν σῶμα τὸ ἀνηκτὸν σῶμα αὐτοῦ καθ' ἑαυτοῦ ὄντα ἀΐδιον. ἃ γὰρ οἴονταί ὄζειν ἀπὸ πυρὸς χρόνῳ προσβάντα εἰς ἡμᾶς εἰς ἀεὶ διαμένειν· ὥσπερ ὑδὲ τὸ ἐξ ἀϊδίου τῆς ὑποστάσεως ἔχον ποτὲ φθορᾶς ἀναδέχεται. εἰ γὰρ ἦν μὴ τῆς τοῦ σώματος φθορᾶς ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ διαμένουσα δίκης καὶ κείσεως τυγχάνει, καὶ τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως ἐκ τοῦ βίου τὰς πρὸς ἀξίαν ἀμοιβὰς ἀποδέχεται, οὐκ οἴονταί εἰς ἀεὶ διαμένειν τὸ ἀπὸ χρόνου ἡμώμενον· δῆλον, ὡς καὶ πρὸ τούτων ἦν τὰ ἅπαντα χρόνου. καὶ ὅπου γὲ ἀϊδίων δημιουργημάτων τὸ δημιουργὸν καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀνδυείσκεται, ὅθεν καὶ τῆς καὶ τῆς θείας ὁμοιώσεως μέτεστιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο μετείας ὑποκρίσεως ἔπυχε, καιρὸς ἂν εἴη καὶ τὰ λοιπὰ διασκέψασθαι.

quod fortiter occumbendum, quod etiam liberaliter utendum divitiis dixit; ad animi immortalitatem asserendam, nec eam simul cum corpore interire, sicuti dictum est, valde conducit. Ut autem DIVINA INFORTUNIA FERREMUS MODERATE, UT ADHIBERI REMEDIA pateremur, jam desiderari videbatur, non esse cum corpore generatum animum. At vero ex utroque, generatione atque corruptione præstantiorem exsistere, & à corpore mortali differre, qui ex se æternus sit, demonstratur. Neque enim fieri potest ut perpetuo maneat, qui sui à tempore aliquo ortus principium duxerit; quemadmodum neque corruptionem unquam admittere, quod subsistat ab æterno. Si ergo post interitum corporis, eidem superstes animus pœnæ sit atque judicii particeps; sique eorum quæ gessit in vita mercedem pro meritorum ratione percipit; si denique stare perpetuo non valet, quod fieri cœpit aliquando: perspicuum est animum isto prius omni tempore exstitisse. Quo fit, ut inter æterna opera quæ sunt ab opifice Deo condita, animus esse reperiatur, divinæque similitudinis particeps. Verum quia de re ista abunde dictum est, tempus fuerit reliqua etiam considerare.

21 MULTI HOMINIBUS SERMONES MALI ATQUE BONI 22 EXCIDUNT; QUIBUS IPSE NEC COMMOVERI DEBES, NEC 23 AVOCARI; SED CEDERE AEQUO ANIMO, SI QUID FALSI DICATUR.

Multus sæpe hominum sermo pravusque bonusque
Excidit. At terrere nihil: nec vertier illo
Tete permittas. Sin falsum dicat; id æquo
Sperne animo.—

Voluntas humana, quia nec virtuti nec vitio semper inhæret, SERMONES etiam voce edit utrique inservientes, tanquam contrariis suis affectionibus similes. Ideoque fit, ut veri quidem sint alii; alii autem BONI; alii vero MALI; alii etjam falsi. Eget autem varietas ista judicandi peritia, ut eos amplectamur qui sunt præstantiores, deteriores autem rejiciamus: utque nec SERMONUM odio penitus laboremus malos improbando, nec bonorum etiam studio quoslibet sine discrimine amplectamur. Sequitur enim SERMONIS aversionem ipsa etiam ejus privatio qui BONUS est, &

21 ΠΟΛΛΟΙ Δ' ΑΝΘΡΩ-
ΠΟΙΣΙ ΛΟΓΟΙ ΔΕΙ-
ΛΟΙ ΤΕ, ΚΑΙ ΕΣΘΛΟΙ
22 ΠΡΟΣΠΙΠΤΟΥΣ',
ΩΝ ΜΗΤ' ΕΚΠΛΗΣ-
ΣΕΟ, ΜΗΤ' ΑΡ' ΕΑΣΗΣ
23 ΕΙΡΓΕΣΘΑΙ ΣΑΥ-
ΤΟΝ. ΨΕΤΔΟΣ Δ' ΗΝ
ΠΕΡ ΤΙ ΛΕΓΗΤΕ,
24 ΠΡΑΩΣ ΒΙΚΕ. *Διμ. Ἴαχ.*

Ἡ ἀνθρωπίνη περαίρεσις μήτ' ἐν ἀρετῇ ἀεὶ ἑστῶσα, μήτ' ἐν κακίᾳ, ἢ τοὺ διὰ φωνῆς περιΐοντας ΛΟΓΟΥΣ ἐπαμφοτερίζοντας ἀπεμύνησεν, ὡς ἐοικότας τοῖς ἐναντίοις αὐτῆς διαθέσει. διὸ τοὺ ΛΟΓΟΝ ἐμμόνως οἱ μὲν ἀληθεῖς, οἱ δὲ ΑΓΑΘΟΙ, οἱ δὲ ΚΑΚΟΙ, οἱ δὲ ψευδεῖς. ἡ δὲ διαφορὰ αὐτῇ ὀπτημονικῆς δεῖ διακείσεως, ὅπως τοὺ μὲν ἀμείνονας ἐκλεξώμεθα, τοὺ δὲ χείρους ἀποδυμώμεν, καὶ μήτε μισολογίαν νοσήσωμεν παντελῆ διὰ τοὺ τοὺ χειρόνων ΛΟΓΩΝ κατάγνωσιν, μήτε ἀδιακρίτως πάντας εἰσδεξώμεθα διὰ τὴν τοὺ ἀμεινόνων ἀποδοχήν· ἔπεσι γὰρ τῇ μὲν μισολογίᾳ τὸ καὶ τοὺ ἀγαθῶν ΛΟΓΩΝ ἑαυτὸν ἀποστερεῖν· τῇ

τῇ δ' ἀκρίτῳ φιλολογίᾳ τὸ λανθάνειν ἐλαττόμενον τοῦ τῶν κακοπραγημένων λόγων. φιλολογίαν γὰρ ἀσκήσωμεν μὴ κείσεως ἀείσης, ἵνα ἡ μὲν * φιλία * ἕλκῃ τὸ ἡμῶν τοῦ ΛΟΓΩΝ· ἡ δὲ κρίσις ἀπωθῇ τὰ χείρονα. καὶ ὅπερ τὸ Πυθαγορικὸν τηρήσωμεν παράγγελμα, μήτε ἐκπληττόμενοι τοῖς πονηροῖς τῶν ΛΟΓΩΝ, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι λόγοι εἰσὶν, * ἀκρίτως αὐτοῖς εἰσδεχόμενοι· ὅτε τῶν ΑΓΑΘΩΝ εἰσιόντων, διότι λόγοι ἦσαν ὁμοίως τοῖς χείροσι. πρῶτον μὲν γὰρ οὐχὶ ἡ λόγοι, μελαδιώκηλοι· ἀλλ' ἡ ἀληθεῖς. ἀθ' ὅτι ἕτεροι καλαμινώσκουσι, ὡς λόγοι· ἀλλ' ὡς ΨΕΥΔΕΙΣ. ἔπειτα καὶ κεῖνο εὐθαρσῶς ἂν εἴποιμεν, ὡς μόνον λόγοι εἰσὶν οἱ ἀληθεῖς. μόνοι γὰρ τῆς λογικῆς οὐσίας τὸ ἀξίωμα τηροῦσι, καὶ εἰσι φρονήματα ψυχῆς πρὸς τὸ ἄειδον ἀνατεταμένης, καὶ τὸν οἰκεῖον κόσμον κεκτημένης· οἱ δὲ ψευδεῖς τῶν λόγων, οὐδὲ ΛΟΓΟΙ ὄντως εἰσί· πρὸς γὰρ κακίαν καὶ ψευδοδοξίαν φέροντες, καὶ τὴν εὐφωνίαν τῶν ΛΟΓΩΝ ἠρνήσαντο, καί εἰσιν ἠλογημένης ψυχῆς, καὶ πάθεσι συμπεφυρμένης φωναί. μήτε οὖν πάντας καταδέχου, φησὶν, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ΨΕΥΔΕΙΣ· μήτε πάντας ἀπόβαλε, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ἀληθεῖς. ἐπάλξεσιν γὰρ ἄτοπον, τοῖς τε ἀγαθοῖς μὴ σπουδῇ τοῖς χείροσι, καὶ τοὺς ψευδεῖς περιέσθαι

* χ' φιλοκοία
* πᾶν
* χ' ἀκρίτως

& audiendi ſtudium temerarium, nefatiæ orationis minus prævisa injuria. Rectiſſimo igitur judicio SERMONUM ſtudium colendum nobis eſt; ut nos audiendi quidem cupiditas ad nullum non genus SERMONUM pertrahat, judicium autem eos rejiciat qui ſint deteriores. Atque ita Pythagoricum præceptum ſervandum, ut NEQUE MALIS SERMONIBUS COMMOVEAMUR; neque ideo ſine diſcrimine admittamus, quia SERMONES exſiſtunt; neque ſimili ratione BONIS ABSTINEAMUS. Primum enim, non iſtos ob id amplectimur, quia SERMONES ſunt; ſed quia veri. nec illos etiam alia ratione, quam quod falſi, condemnamus. Auſim præterea confidenter afferere, SERMONUM nomine eos cenſeri tantum, qui veri ſunt. Soli enim naturæ rationis participis dignitatem retinent, animique fœtura ſunt ad id quod eſt optimum comparati, ſuumque ordinem atque ſplendorem adepti: contra autem, qui falſi ſunt, ne SERMONES quidem vere exſiſtunt. Cum enim ad vitia ducant opinioniſque falſitatem, à SERMONIS ingenuitate non ipſi tantum defecerunt, ſed ſunt animi voces ratione deſtituti, perturbationibuſque involuti atque immerſi. Neque igitur omnes, inquit, amplectere, ne & MALOS etiam; neque omnes rejice, ne & BONOS. Utrumque enim fuerit abſurdum, BONOS odiſſe cum MALIS, & FALSOS amplecti

propter

propter veros. At decet quidem laudare BONOS, & ubi admissi fuerint, opere præstare, & quærere ubi & quousque veritati consentiant: adversus eos autem qui falsi sunt decertandi vim adhibere; qualis ea fuerit quæ à logica scientia petitur ad veritatis distinctionem. Cum autem possumus evertere quæ falsa sunt, non violenter, non superbe id facere; sed mansuete veritatem persequi, lenibusque reprehensionibus improbare, atque etjam, uti versus ipse loquitur, ÆQUO ANIMO CEDERE; SI QUID AUTEM FALSI DICATUR, non ita assentiri se habere, uti dicitur, sed sine iracundia audire. Neque enim quia ei quod FALSUM EST ÆQUO ANIMO CEDENDUM præcipit, id nos debere amplecti significat; sed audire patienter, neque COMMOVERI, si nonnulli, quamvis homines sint, veritate excidant inutiliter. Patet enim hominum natura variis opinionum erroribus, cum notitias communes recta non sequitur. Nil mirum igitur, inquit versus, si qui nihil veri vel didicerit vel excogitarit, eo arrogantiæ devenerit; sique veritati contrarias opiniones adferat: immo contra, admiratione dignum sit, si qui neque didicerit, neque

σεμνόεδς διὰ τὰς ἀμείνους· δεῖ ὃ τοὺ μὸ
ἀγαθὸς ἐπαινεῖν, κὴ εἰσδεξάμενον αὐτοὺ ἀ-
σκεῖδς, κὴ ζητεῖν ὅπη, κὴ ἐφ' ὅσον τῆς ἀλη-
θείας ἐφάπτον θ' ὡὸς ὃ τοὺ ΨΕΥΔΕΙΣ ἢ
ἀγωνιστικῶ δυάμιν κ' ἠσκηδαι. αὖτη δ' ἐν
εἴη ἡ χρησιμώτη ἐκ τῆς λογικῆς ὀπτικήμης εἰς
διάκεισιν ἀληθείας. δυναμένους ὃ ἀναιρέπειν
τὸ ΨΕΥΔΗ, μήτε ζφοδρῶς, μήτε ὑ-
βεισικῶς τῦτο ποιεῖν· ἀλλὰ ζωὴ φιλότητι ἢ
ἀλήθειαν διώκειν, κὴ μὴ ὑμωμόνων ἐλέγχων τὸ
ΨΕΥΔΟΣ ἀναιρέπειν, κὴ ὡς αὐτό φησι
τὸ ἔπος, ΠΡΑΩΣ ΕΙΚΟΝΤΑΣ· ΨΕΥ-
ΔΟΣ ΔΕ ΗΝ ΠΕΡ ΤΙ ΛΕΓΗΤΑΙ, ἐ
ζυγχωρῆντας ἕτως ἔχειν, ὡς λέγε θ· ἀλλὰ
ὀργήτως ἀκέοντας· ὃ γὸ συγκατατίθεδαι
δεῖν λέγει τῷ ΨΕΥΔΕΙ τὸ ΠΡΑΩΣ
ΕΙΚΕ· 'ἵν' ἀνεκπλῶς ἀκεραῖδαι, καὶ μὴ
ἐκπλήτ|εδαι, εἰ ἄνδρωποι ὄντες τινὲς τ ἀ-
ληθείας ἀποπεπλώκασιν ἀλυσι|γῶς. φόεμο θ
γὸ ἡ ἀνδρώπων φύσις πολλῶν διαφόρων δο-
ξασμάτων, ὅταν μὴ τ κοινῆς ἐννοίαις ὀρ-
θῶς ἔπη θ. ἐδὲν ἔν, φησὶν ὁ λόγο θ, θαυμα-
σὸν, εἰ ἀνδρωπο μηδὲν τ ἀληθῶν μήτε μα-
θὼν, μήτε ἐυρὼν, εἰς τῦτο τῆς ὑπονοίας ἦλθε κὴ
ἔπεσε δόξας ἐναντίας τῇ ἀληθείᾳ. τὸ
ναπόν γὸ ἴῶ θαυμαστὸν, εἰ μήτε μαθόν,

μήτε ζητῶν, ἐλθὼν αὐτομάτως τῇ ἀληθείᾳ πειέτυχεν, ὥσπερ ἐν τραγῳδίας θεῷ τινι παραφανέντι. Δεῖ οὖν ζυγγνωμονικῶς ἀκύειν τῶν ψευδομένων, καὶ πείρᾳ μανθάνειν οἷον ἡμεῖς ἐκαθάρθημεν κακῶν ἐξ ὧν κοινωνίᾳ τῶν συγγενῶν ἐπεκείμεθα τοῖς αὐτοῖς πάθεσι, τῷ δὲ ἀλεξιπήκῳ τῆς ὀπτικῆς ἐξ ἐναντίας αὐτῶν ἡμύμεθα. μέγα δὲ ζυντελεῖ πρὸς πραότητα, καὶ τὸ τὴν ὀπτικὴν θαρσεῖν. ἡ γὰρ ἱκανῶς παρασκευασθεῖσα ψυχὴ πρὸς τὸ καταγωνίσασθαι τὰς ἐκ τῶν πάντων τῆς ἀληθείας, ἀθορύβως οἵσει τὰς ψευδεῖς δόξας, ὡς προεκλελογισμένη πάντα τὰ παρὰ τὸ ἀληθὲς ἐν αὐτῇ τῷ ἀληθῆς καταγνῶσει. τί ἔν παρέχει τοῦτον, ὡς ἄλυτον ὄντι ἰσχυρῷ φαντασίαν παρέξει τούτῳ, ἢ προσηγώνισται πᾶν τὸ ψεῦδος· ὃ μόνον ἔν ἐκ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς ἡ ἀταραξίαν ἔξει ὁ ὀπτικήμων· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ θαρσεῖν τοὺς τοιούτους ἀγῶνας. ταῦτα μὲν περὶ τῆς ΨΕΥΔΟΛΟΓΩΝ ὀπτικημονικῆς διακείσεως. περὶ δὲ τῆς ἁπάντων ἀνεξαπατήτου ἕξεως, ἵνα δεῖ κεκλῆσθαι τὸν ὀπτικήμονα, εὐθὺς ὀπτεωμάθει.

24——Ο ΔΕ ΤΟΙ ΕΡΕΩ ΕΠΙ ΠΑΝΤΙ ΤΕΛΕΙΣΘΩ.

25 ΜΗΔ-

neque etiam quæsierit, veritati temere occurrat, tanquam Deo alicui in tragœdia apparenti. Decet ergo eos audire cum venia qui mentiuntur; & periculo facto discere quantis ipsi malis simus erepti, qui generis communione iisdem perturbationibus obnoxii, scientia vindice contraria conditione potimur. Non parum autem ad lenitatem contulerit ipsa etiam scientiæ fiducia. Animus enim, qui satis instructus ad expugnanda veritatis diverticula accedit, intrepide tulerit falsarum opinionum congressus; tanquam omnia ante agitarit in veri considerarione, quæ possunt contra veritatem adferri. Quid igitur ipsum conturbabit, tanquam eo se explicare non possit? Immo ei qui potens sit cogitationes suggeret, quibus omne quod falsum est expugnetur. Non solum ergo ex ea virtute quæ in moribus posita est, non conturbari discet qui volet; sed ex eo etiam, quod intrepide ejusmodi certamina subeat. Atque hæc quidem de prudenti SERMONUM habendo discrimine præcepta sint. Deinceps de vitandæ fraudis in rebus omnibus ratione, quam decet eum tenere qui peritus sit, statim subjungit.

24 QUOD AUTEM TIBI DICAM SERVETUR IN OMNI NEGOTIO.

25 NEMO TE NEC VERBIS NEC FACTIS ADDUCAT, UT QUICQUAM 26 FACIAS AUT DICAS, QUOD TIBI NON SIT UTILE.

—*Serves sed & hoc, quod dixero, semper:*
Ne tibi vel verbo quisquam male suaserit, aut re,
Ut facias dicasve, nocens quo tu tibi fias.

Extenditur ad res omnes præceptum hoc: & idem fere significat quod superius, ubi dixit,

—Nec quicquam sociis aut testibus, aut te
Solo turpe geras. Summus pudor ipse tibi sis.

Qui enim sui verecundia moveri didicerit, neque in solitudine, neque in societate turpe quid audere, atque etiam cogitationem ab eo propter internæ rationis custodiam avertere; ille ipse est qui potest audire, NIL TIBI VEL VERBO QUISQUAM MALE SUASERIT, AUT RE. Solus enim fraudibus non patet, neque potest à quoquam ulla ratione decipi, qui hominis in se præstantiam agnoscens, nec se capi adulationibus patitur, nec minis etiam dejici; quantumvis vel hostes vel amici horum proponant quodlibet. Eo enim quod NULLUS dixit, personas omnes significavit, & patrem, & tyrannum, & amicum, & inimicum. Sunt vero avocandi modi,

aut

25 ΜΗΔΕΙΣ ΜΗΤΕ ΛΟΓΩ ΣΕ ΠΑΡΕΙΠΗ, ΜΗΤΕ ΤΙ ΕΡΓΩ 26 ΠΡΗΞΑΙ, ΜΗΔ' ΕΙΠΕΙΝ, Ο, ΤΙ ΤΟΙ ΜΗ ΒΕΛΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙ.

Τὸ δὲ πάντων τείνει τὸ παράγγελμα ἰσοδυναμοῦν τῷ ἄνω πεῖρᾶσθαι, —πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μεθ' ἁλικὸς, Μήθ' ἰδίᾳ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο συνλόγου· ὁ γὰρ ἑαυτὸν αἰδεῖσθαι μεμαθηκὼς, καὶ μήτε ἐν μονώσει, μήτε ἐν κοινωνίᾳ τῷ τὸ αἰσχρὸν πρᾶξιν ἀνεχόμενος, ἀλλὰ καὶ τῷ φαντασίαν αὐτῷ τὸ τοιοῦτο περιτίθεμενος· διὰ τ' εἰσω φύλακα λόγον, ὅτος ὅστιν ὁ δυνάμενος νοῦν ἀκούειν, ΜΗΔΕΙΣ ΜΗΤΕ ΛΟΓΩ ΣΕ ΠΑΡΕΙΠΗ, ΜΗΤΕ ΤΙ ΕΡΓΩ. μόνος γὰρ ἀνεξαπάτητος, καὶ ὢν ἐλεγχὸς ἁδαμῶς εὐπαραλόγιστος ὁ τ' ἀξίαν ἑαυτοῦ γῆς ἄνθρωπος, καὶ ὅτε κολακίαις δωπευόμενος, ὅτε τοῖς ἐμπλεκομένοις ταπεινόμενος, κἂν πολέμοι, ἢ φίλοι ὁποτέροισοῦν τέτων ὑποτείνωσιν. ἐν γὰρ τῷ ΜΗΔΕΙΣ, πᾶν περόσωπον κεῖται, καὶ πατὴρ, καὶ τύραννος, καὶ οἶλος, καὶ ἐχθρός. οἷ γὰρ ὅποι τῆς παραγωγῆς,

ἢ διὰ ΛΟΓΩΝ, ἢ ΕΡΓΩΝ γίνονται; λόγῳ μὲν θωπευόντων, ἢ ἀπειλούντων ἔργῳ δέ, θωρεάς, ἢ πημονίας προσιόντων. πρὸς πάντα δὴ ταῦτα τελειοσμένῳ δεῖ τῷ ψυχῷ ἔχειν τὸν ὀρθὸν λόγον, πρὸς τὸ ἀμείλικτον καὶ ἀδάμαστον ὑπὸ τῶν ὀπωσοῦν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἡμῖν ἡδέων τε καὶ λυπηρῶν. ὁ γὰρ ὀρθὸς ἐνυπάρχων λόγος σωφροσύνῃ καὶ ἀνδρείαν ἑκατέρωθεν παρασκάσας τῇ ψυχῇ τοὺς ἀδαμαντίνους φύλακας, ἀνεξαπατήτους ἡμᾶς διατηρήσει καὶ ἀπὸ τῆς τῶν προσιόντων θωπείας, καὶ ἀπὸ τῆς φοβερᾶς καταπλήξεως· οἷς ὑπαίνεται δικαιοσύνη ἀκειδὴς, ἵν' παρήγειλεν ἄνω πρὸς ἀσκεῖν ἔργῳ τε λόγῳ τε. ὅτῳ μὲν οὖν ἀδεὶς ἐδαμῶς ἡμᾶς ἀναπείσῃ ἢ ΛΟΓΟΝ προσθεῖναι, ἢ ΕΡΓΟΝ τι διαφοβήσαντας, ὃ μὴ τῷ ὀρθῷ λόγῳ δεῖ σύμφωνον. εἰ γὰρ πάντων μάλιστ' αἰσχυνοίμεθ' ἑαυτοὺς, δῆλον ὡς ἀδεὶς ἡμῖν αἰδεσιμώτερος ἡμῶν αὐτῶν φανήσεται, ἀδὲ φοβερώτερος ὡς προκαλέσασθαι παρὰ τὸ δέον εἰπεῖν, ἢ πρᾶξαι. ὑπερλαβὲς γὰρ τῇ ψυχῇ ἑκάτερον. τὸ μὲν ἐκείνῃ βλαβερὸν, τοῦτο καὶ ἡμῖν ἀσύμφορον· ἐπεὶ σὺν ἡμεῖς ἡ ψυχή. ἀκριβῶς δὲν ἀκουστέον τοῦ, Ο, ΤΙ ΤΟΙ ΜΗ ΒΕΛΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙ· καὶ ἐκείνοις φέρουσης τὴν ἀντωνυμίαν τὸ οἷος καὶ ὅτι.

ἐὰν

aut VERBIS aut FACTIS. VERBIS quidem, vel blandiendo, vel minitando. FACTIS vero, vel munera, vel supplicia proponendo. Decet ergo adversus ista omnia recta ratione bene munitum habere animum; ut nec voluptatibus, nec doloribus, quæ nos modis omnibus adoriuntur, moveatur, atque in servitutem redigatur. Recta enim ratio quæ intus est, cum animo utrinque temperantiam atque fortitudinem custodes inexpugnabiles adhibuerit, imperterritos nos præstiterit, nec ab assentationum blanditiis immunes tantum, sed à terrorum metu etiam: quibus efficitur exactum illud justitiæ genus, de qua superius loquens, eam re atque verbo colendam esse monuit. Sic ergo nullus omnino aut VERBUM emittere, aut OPUS aliquod efficere nobis suaserit, quod rectæ rationi non consentiat. Est enim perspicuum, si omnium maxime nostri nos pudeat, nobis neque verecundiorem neque timidiorem visum iri neminem, ut ad aliquid DICENDUM vel FACIENDUM præter debitum inducamur. Est enim utrumque animo NOXIUM. Quod autem ipsi damnosum est, id ipsum & nobis etiam inutile, qui animus ipse simus. Est igitur ad illud advertendum diligenter, quod dixit, QUOD TIBI NON SIT UTILE: utque provocabulum ad id referatur, quod TU proprie exsistas.

Si idipsum est ergo quod significatur, NEC FACTIS NEC VERBIS CUIUSQUAM adduci debere nos, ut ALIQUID AUT FACIAMUS AUT DICAMUS, QUOD INUTILE NOBIS SIT; TU autem animus es rationis particeps; haud eum patieris, si recte sapis, qui tibi naturæ rationis participi damnum inferat. Es enim IPSE animus, hoc autem, corpus tuum; illa autem, extra corpus. Ita enim separando, naturarum confusionem vitabis: & quid sit humana natura inveneris, si nec corpus, nec quæ extra sunt, tua existimaveris, sique nec ipsorum nomine, tanquam tuo, decertaveris, ne ad corporis aut divitiarum cupiditates pertraharis. Omnino enim cum quid simus ignoramus, & illa etiam quorum curam ipsi agimus non intelligimus; quorumlibet magis quam nostri ipsorum curam gerentes, quorum prima atque præcipua cura deberet exsistere. Si enim quod corpore utitur, animus est; sique instrumenti loco corpus habet; instrumenti autem gratia alia etiam, propter fluxam ejus naturam, in subsidium inventa sunt: certum est ejus, quod omnium princeps sit atque caput, curam primam atque præcipuam esse debere; secundam autem ejus quod primum sequitur. Quo fit, ut valetudinis ratio sapienti minime negligenda sit; non ut corpori primas tribuat,

ἐάνοωῦ τὸ λεγόμενον, ΜΗΔΕΙΣ ΜΗΤΕ ΔΙ ΕΡΓΩΝ, μήτε διὰ ΛΟΓΩΝ παρελογίσατό π ΠΟΙΗΣΑΙ, ἢ ΕΙΠΕΙΝ ὅ, π ΜΗ ΣΥΜΦΕΡΟΝ ΕΣΤΙ ΣΟΙ· ΣΥ ἢ ἩΔΗ ἡ λογικὴ ψυχή· ἐκ ἀνέξῃ, ἐὰν ἓν φρονῇς, τῶ παραλλάπουτός σε τ ὄντα λογικὼ ὐσίαν. σύ γδ εἶ ἡ ψυχή· τὸ ἧ, σῶμα σύ· τὰ ἧ, ἐντὸς τῶ σώματος. ἐκ γδ τ διαλύσεως ταύτης χ τὰ ἀσύγχυτον τηρήσεις ἩΔ φύσεως· χ τ ἀνθρωπίνω ὐσίαν, ἥπ ὀξὺν ἐυρήσεις, ὐδέποτε τὸ Ζῶμα, ὐδὲ τὰ ἐντὸς ἀυτῶ ἓξ πθέμενος, ὐδ' ὑφαγωνιῶν τότων ὥσπερ σωτῶ, ἵνα μὴ πρὸς φιλοσωματίαν χ φιλοχρηματίαν καθελκυθῆς. ὅλως γδ ὃ ἐσμὲν ἀγωνίσαντες, χ ὧν ὀπμέλειαν ποιύμεθα ζωαγωνίσωμεν, πάντων μᾶλλον ὀπμελέμενοι, ἢ ἡμῶν αὐτῶν, ὧν δεῖ πρηγυμμένω ποιεῖσθ τ ὀπμέλειαν· ἐγδ τὸ χρήσιμον πῶ σώματί ὄξιν ἡ ψυχὴ, τὸ δὲ Ζῶμα ὀργάνου τάξιν ἐπέχει πρὸς αὐτώ, τῶ δὲ ὀργάνω χάειν τὰ ἄλλα πρὸς βοήθειαν τ ῥεύσης ἀυτῶ φύσεως ἐξαρτμένα· ὅλον ὡς τῶ ἡγεμμένω καὶ πρώτω, πρηγυμμένω τε χ πρώτω δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ὀπμέλειαν· δ' ὑτέραν δὲ τὴν τῶ δ' ὑτέρω. ὅθεν ὐδὲ ὑγιείας ἀμελήσει ὁ σοφὸς, ἥπ πρηγύμμενον τὸ Ζῶμα δοξάζων· ἀγαθὰ

ἀνθρώπων πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς χρείαν αὐτὸ παιδαγωγῶν, ὅπως ἂν τὴν ἐνεργείας αὐτῆς ἀνεμποδίστως ἀπολαύσῃ, καὶ ἐκ τούτου τῆς τούτων ἐπιμελήσεται, οἰκονομικὸν τὸ ἐκτὸς πρὸς τὴν τοῦ ὀργάνου σωτηρίαν. πρώτης ἓν τῆς ψυχῆς, τάχα ἢ μόνης ἐπιμελήσεται, εἰ καὶ ἡ τοῦ μετ' αὐτὸν ἐπιμέλεια πρὸς τὴν ταύτης προκοπὴν τείνει. πᾶν δὲ τὸ παρὰ τὴν ἀρετὴν, τοῦτο δὴ, Ο, ΤΙ ΤΟΙ ΜΗ ΒΕΛΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙΝ. ᾧ δὲ συμφέρον ἡ ἀρετὴ, * τοῦτο τὸ παρ' ἐκείνου ἀσύμφορον· κύκλον ἓν περιβάλλεται συμβαλοῦσα ἡ ἀρετὴ φυλακικὸν ὁ μηδὲν πείθεσθαι δεῖν λέγων τῷ πειρωμένῳ τὴν ἀρετὴν ἀπάγειν, δι' οἵων ἂν ἔρχων * τῇ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἐκτροπῆς πειθοῦς προσαγάγῃ τὴν πεῖραν· ὅθεν, μὴ ὑποχάσεις προσάγων τύραννον, ἢ ταύτης ΕΡΓΩ βεβαιῶν· μὴ ἀπειλαῖς δουλοῦν, ἢ αἰκίαις βιαζόμενον· μὴ φίλιον πρόσωπον τῇ οἰκειότητι τὴν ἀπάτην ἐπικρυπτόμενον, ἀπαγάγητε τὸ συμφέρον τῇ ψυχῇ. ὧν δὴ ἀληθεία καὶ ἀρετὴ τὰ ταύτῃ ὠφελοῦντα μόνα. ἀνεξαπάτητον δὲ ἔσῃ εἰ τὴν ἐσίαν τὴν σωτῆρα γνοῖς, ἥτις τέ ἐστι, καὶ ᾧ φύσει ἔοικε, τῆς πρὸς ἐκεῖνο ὁμοιώσεως ἀεὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχῃς· πᾶν δὲ τὸ τῆς ὁμοιώσεως παρέξον μεγίστην ἡγοῦ ζημίαν· τοῦτο δὴ ἐστιν, Ο, ΤΙ ΤΟΙ ΜΗ ΒΕΛΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙ,

* κ' τύτῳ.

* κ' σὺ

sed ut ipsum animi usibus accommodet, quo ipsius operationibus nullo repugnante obtemperet; tertio vero loco eorum curam suscipiat quæ tertia sunt, eaque præstet quæ foris sunt, ad instrumenti ipsius conservationem. Animi igitur, tanquam principis, atque adeo solius fortasse, curam habebit, si rerum cura quæ ipsam sequitur ad ejus commoda referatur. Est vero id omne quod præter virtutem est, eo ipso significatum, quod TIBI NON SIT UTILE, postulat. Cui enim emolumento virtus est, eidem fuerit & damno quod est à virtute alienum. Censet igitur orbem esse circumagendum ad virtutum custodiam, cum nihil ei credendum præcipit, qui te à virtute conatur avertere, quibuscunque modis conetur ad nequiora pertrahere: verbi gratia, ne si promissis agat tyrannus, aut ea REBUS comprobet; si minis terreat, aut cruciatibus urgeat; si persona etiam amica familiaritatis specie fraudem occultet, ab eo quod conducit animus avocetur. Conducunt autem ipsi veritas tantum atque virtus. Fies porro qualibet fraude superior, si substantiam tuam minime ignorans, quænam sit, & cui natura similis, imaginis ejus quam gerit curam semper habueris; id autem omne quod à similitudine avocat, damnum esse maximum existimaveris. Est enim illud ipsum QUOD TIBI NEQUAQUAM UTILE EST,

per

per quod tu arceris à divina similitudine. Quoniam vero idipsum nobis Utilius est quod confert ad ejusmodi similitudinem; quid quisquam afferat, quod tanti sit ut nos à studio divinæ similitudinis avocet? num pecuniarum largitionem? num ablationem? Atqui didicimus eas justa ratione & appetere & rejicere. Neque nos latet quam sit incerta ipsarum possessio. Quid enim si isto modo non adimantur, & fortiter illarum tuleris amissionem, fur eas non auferet? At enim quam variis modis aliis divitiarum contingit amissio? Horum ipsi unam etiam rationem virtutis nomine agitemus, spontaneam paupertatem honestati conjunctam cum divitiis commutantes, easque justa de causa exuentes, & tanti virtutem redimentes, quantum nobis ille adferat detrimenti qui ab ea dimovere nos conetur. Cæterum tormenta adhibebit, & mortem. At fuerit non difficile respondere, nos esse ista nequaquam passuros, si quod nostrum est tueamur; sed corpus fore quod injuriam patiatur, & quia mortale sit, nihil præter naturam suam toleraturum. Est enim natura morti obnoxium & sectioni, injuriisque aliis innumeris, quas quilibet morbus magis quam tyrannus potest inferre. Quid ea igitur fugimus quæ vitare ipsi non possumus? Cur potius ea non servamus, quæ servandi potestatem habemus?

Quod

ΕΣΤΙ τὸ τ θείας ὁμοιώσεως ἀπάρχον. ἐπειδὴ δὲ ΒΕΛΤΕΡΟΝ ἡμῖν τὸ πρὸς τ τοιαῦτ' ὁμοίωσιν, τί ἂν προσάξει τις ἱκανὸν ἀποσῆσαι ἡμᾶς τῆς πρὸς θεὸν ὁμοιώσεως φιλοσοφίας; χρημάτων δόσις; ἢ ἀφαίρεσις; ἀλλὰ μεμαθήκαμεν μὴ τοῖς ὀρθοῖς λόγοις καὶ πρασίεσθαι αὐτὰ, καὶ ἀποπίθεσθαι· καὶ τὸ ἄσατον τῆς κλήσεως αὐτῷ ἡμᾶς ὑ λανθάνει. τί γὰρ ἂν μὴ ὅπως αὐτὰ ἀφέλῃ, καὶ χωναίως αὐτῷ ὑπομείνω τ ἀποβολὴν, κλέπτης αὐτὰ ἐκ ἀφαιρήσεται; πόσοι δὲ ἄλλοι τρόποι διαφθορέων χρημάτων ἐπάγουσιν; ὧν ἕνα καὶ τ ὑπὸ ἀρετῆς λομένοι λόγον, ἐκκόπτειν μὴ τοῖς κακοῖς ἀν-
ἀλλαττόμενοι *, καὶ μὴ ὑπολογίσει αὐτίας αὐ- * χρή-
τὸ ἀποδυόμενοι, καὶ τοσοῦτον τ ἀρετὴν ὠνούμασι-
μενοι, ὅσον ἂν ἡμᾶς βλάπτῃ ὁ τούτης περικινεῖν ἐπιχειρῶν. ἀλλὰ τρεβλώσεις προσοίσει, καὶ θάνατον. προέχειον ἦν πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεσθαι· ὡς ὐχ ἡμεῖς ταῦτα πεισόμεθα, ἐάν γε τὸ ἡμῶν πιρῶμεν· ἀλλὰ τὸ σῶμα ἔσται τὸ ὑβριζόμενον· τὸ σῶμα τὸ ἀποθνῆσκον, ὃ δὲν προφύσιν τ ἑαυτῷ πάρχον. φύσει γὰρ ὄντι θνητὸν, καὶ τιμητὸν, καὶ μυρίοις ὑποκείμενον πάθεσιν, ἃ τυράννε μᾶλλον ἢ τυχοῦσα νόσος ἐπήγαγε. τί ἦν φύγομεν, ἃ ὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν φύγειν; ἢ τηρῆσαι δὲ μᾶλλον, ἃ ὄντα ἐφ' ἡμῖν τηρῆσαι;

τὸ

τὸ γὸ θνητὸν φύσει κεχλασδεδικασμένῳ θανάτῳ ἐκ ἔστιν ὅπῃν ποιῆντας ἐξῶσαι τοῦτο· τὸ δ' ἀθάνατον ἡμῶν, ὅσῳ ὄζιν ἡ ψυχὴ, καὶ ἡμεῖς, δυνατὸν ἀρετῇ κοσμῆσαι μὴ μεγακιδέντας ὑπὸ τ ἀπειλέμψιον θάνατον. ὃν εἰ * μὴ μεῖ ἐυλόγως αἰτῆς ὑπομένομεν, κοσμήσαμεν τῇ ὀρθῇ πραιρέσει τ ἀνάγκλιν τῆς φύσεως. ταῦτα δὴ ὅζι τὰ μεγάλα, ὧν ἂν ἄλλος ἄλλῳ περιέίνγκειν τι παδεῖν, ἢ ἀποτῆσαι· τὸ δ' εἴσω τῆς ψυχῆς ἀδήλωτα ἄλλῳ, καὶ ἐλαύθερα, ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν, ἐὰν μὴ πρὸς τὸ σῶμα, ἢ τὰ ἐκτὸς, ἀμέτρῳ προσπαδείᾳ τ ἐλαύθειαν ἡμῶν ἐχόντες δυλαγωγήσωμεν, ζωῆς ἐρημέρυ καὶ χρημάτων τὰ ἀγαθὰ τῆς ψυχῆς ἀποδιδόμενοι. ταῦτα ἡμῖν εἰσηγεῖ τὸ περκείμενον παράγγελμα ὅπῃ παπὶ τελεῖν, δι' ὧν τὸ μόνιμον, καὶ ἀπαράγωγον ἀρετῆς ὅπσφαλίζεῖ. ἀλλὰ ὅπῃ τὰ ἑξῆς μετίωμεν πρὸς τὰ αὐτὰ δόγματα πλὴ ἀναφορὰν ἔχοντα.

* χρ' ἡμεῖς

27 ΒΟΥΛΕΥΟΥ ΔΕ ΠΡΟΕΡΓΟΥ, ΟΠΩΣ ΜΗ ΜΩΡΑ ΠΕΛΗΤΑΙ. 28 ΔΕΙΛΟΥ ΤΟΙ ΠΡΑΣΣΕΙΝ ΤΕ ΛΕΓΕΙΝ Τ' ΑΝΟΗΤΑ ΠΡΟΣ ΑΝΔΡΟΣ. 29 ΑΛΛΑ

Quod enim natura mortale est, id ipsum mortis decreto quibuslibet auxiliis liberare non queas: sed possumus quod habemus immortale (id est animum, atque nos) virtute exornare, si ad mortis minas non frangamur; quam dum justa ratione subimus, naturæ ipsi necessitatem voluntatis rectitudine illustramus. Sunt ista certe magna illa, è quibus aliquid alius alii, ut patiatur, aut luat, possit proponere. At vero quæ intus habet animus nulli sunt mancipata; sed libera, si ipsi velimus; nisi si corpori, vel rebus externis, immodicisque cupiditatibus obtemperantes sponte libertatem abjiciamus, animique bona vita momentanea atque divitiis vendamus. Ista nos monet præceptum (quod ante positum est) in rebus omnibus efficere, quibus virtutis stabilitas atque constantia confirmetur. Ad alia vero deinceps, quæ ad eadem dogmata referuntur, transeamus.

27 CONSILIUM ADHIBE PRIUSQUAM RES GERATUR; NE ABSURDA FIANT. 28 HOMINIS NEMPE MISERI EST, EA FACERE ET LOQUI QUAE STULTA SUNT.

Consilium præcedat opus, ne absurda sequantur.
Est miseri quod quis stulte loquiturque facitq;

29 EA

29 EA AUTEM PERFICITO QUAE TIBI MOLESTA DEINCEPS MINIME FUTURA SINT.

Effice quin potius nequeant quæ facta dolere.

Consilii prudentia & virtutes parit, & perficit, & continet, parens simul earum, & nutrix, & custos. Cum enim tranquille quam vitæ rationem inire debeamus, agitamus, tum eligitur virtutum præstantia. Cum autem fortiter omnia virtutis nomine certamina obire consilium statuit, atque jam virtuti comparandæ assuevit, in calamitatum etiam perturbationibus mentem retinet incontaminatam; nec iis quæ foris tumultuantur ulla ratione adducitur, ut mutato instituto aliam exsistere felicem vitam existimet, præter eam quam per se optimam judicavit. Quo fit, ut recti consilii opera tria reperiantur. Primum, vitæ optimæ delectus, alterum, cultus illius quam delegimus. tertium, constans eorum observatio quæ recte instituta sunt. Est vero horum quidem primum, ratio illa quæ OPUS anteit, à qua manant actionum principia. Medium vero, quæ cum opere exsistens, singula quæ fiunt principiis primis accommodat. Ultimum autem, quæ in OPERE res ipsas examinat, & judicat an recte FACTAE SINT. Elucet vero in omnibus consilii boni præstantia, quæ virtutes modo pariat, modo

29 ΑΛΛΑ ΤΑΔ' ΕΚΤΕΛΕΕΙΝ ΑΣΕ ΜΗ ΜΕΤΕΠΕΙΤ' ΑΝΙΗΣΗ.

Ἡ εὐβελία καὶ ἡμῖν τὰς ἀρετὰς, καὶ τελοῖ, καὶ σωέχει, μήτηρ ἅμα, καὶ πάλιν τροφὸς, καὶ φύλαξ αὐτῶν γενομένη. βελτιόμενόν γὸ ἢ μὴ ἐφ' ἡσυχίας ὄν πνα τρόπον χρὴ ζῆν, τὸ τ ἀρετὴν προαιρεῖσθαι κάλλιστον. ἐλομένη δ διαπελεῖν ἡμεναίως πάντας τοὺς τὰς ἀρετὰς ἀσκοῦντας, καὶ σωεπιπαθεῖσα τῇ κλήσει τῶν καλῶν ἥδιστα καὶ τ τῶν πρειττόνων ταραχαῖς τηρεῖ τ γνώμην ἀκέραιον, ἃ δὲν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν θορυβούντων ἐκπληττομένη πρὸς τὸ μεταπεσεῖν ἄλλον εὐδαίμονα βίον, ἢ ἐκεῖνον, ὃν ἐφ' ἑαυτῆς ἐλογίσατο κάλλιστον. ὅθεν πεῖα τ εὐβελίας τὰ ἔργα. πρῶτον ἐκλογὴ τῶν ἀρίστων βίων. δεύτερον ἄσκησις τῶν προαιρεθέντων. τρίτον τήρησις ἀμεταστάτος τῶν μεμελετηθέντων ὀρθῶς. τούτων δ τὸ μὲν πρῶτόν ἐστιν, ὁ ΠΡΟ ΕΡΓΟΥ λόγος, ὁ τὰς ἀρχὰς τ προαιρέσεων ὑποτιθέμενος. τὸ δὲ μέσον, ὁ συμβιβάζων ἕκαστον τ προτιμωμένων τ ἡγεμονικὰς ἀρετάς. τὸ δ τρίτον, ὁ ὅτι τῷ ΕΡΓΩ λόγος ἀναλογιζόμενος τὰ πεπραγμένα, καὶ κρίνων εἰ δέοντως πέπραχε. διὰ πάντων δ τὸ τ εὐβελίας καλὸν ἐπιδείκνυται μᾶλλον καὶ ἧττον τὰς ἀρετὰς

νῶ δὲ ἀκηρεφύσης, καὶ φυγεύσης ἐκ τείπυ-
ὡς ἀρχῶ τε, καὶ μέσα, καὶ τελευτῶ τ ἀγα-
θῶν ἐν ταύτῃ ἡμῖν κεῖθι, τῶ τε ἀπαλλαγῶ
τ κακῶν διὰ ταύτης μόνης ἡμῖν παραγίνεθι,
καὶ τῶ τ ἀρετῆ τελείωσιν. λογικῆς γὰρ φύ-
σεως ἡμῶν ὕσης, καὶ διὰ τῦτο βελευτικῆς, οἰ-
κεία δὲ προαιρέσει πρὸς τὸ εὖ, ἢ κακῶς βε-
λεύεσθαι προτιμημένης, ἢ μὲν κατὰ φύσιν ζωὴ
σώζει τ ὑσίαν αὐτῆς· ἡ δὲ παρὰ τὸ λόγον αἵρε-
σις φθείρει ἐφ' ὅσον οἷόν τε. φθορὰ δὲ ἀδικία τε
καὶ φυγμάτος κακία, ἧς ἀδικία μήτηρ, ἵνα ἐκ-
φυγεῖν ὁ λόγος παραινεῖ, ΟΠΩΣ ΜΗ
ΜΩΡΑ ΠΕΛΗΤΑΙ. ΜΩΡΑ δὲ
ἄθλια, καὶ κακά. τὸ γὰρ ΛΕΓΕΙΝ Η
ΠΡΑΣΣΕΙΝ ΑΝΟΗΤΑ ΦΕΙ-
ΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΝΔΡΟΣ Ε-
ΣΤΙΝ, ἀντὶ τῦ, κακοδαίμονος ἴδιον ἀνθρώ-
που. εἰ δ' ΒΟΥΛΕΤΟΙΟ ΠΡΟ
ΕΡΓΟΥ, ΟΥΤΕ ΕΡΕΙΣ ΤΙ,
ΟΥΤΕ ΠΡΑΣΣΕΙΣ ΑΝΟΗ-
ΤΟΝ, ἐφ' οἷς ἀνιᾶσθαι ἀνάγκη τὸν τῆ ἀδικ-
λίᾳ κατδυθέντες. τὸ γὰρ σαθρὸν τῆς αἱρέσεως
τῆ μεταμελείᾳ ἐλέγχου πείρᾳ δῆξαν τῶ
βλάβῳ, ὥσπερ αὖ τὸ τῆς εὐδικλίας ὑγιαῖον
πρὸς τὸ μόνιμον ἄγει τ ἀπλοχῆς, ἐπ' αὐτῆ
ΕΡΓΩΝ τ ὠφέλειαν ὑπαδικνύμενον·
ὠφέλειαν

modo nutriat, & tertio tueatur. Unde fit, ut in eo nobis & principium, & medium, & finis etiam bonorum sita sint; nosque unum & malis liberet, & virtutibus augeat atque cumulet. Quia enim natura nostra rationis est particeps, atque ideo deliberationis capax, cum propria voluntate ad consilia vel prava vel recta ducitur, tum quidem quæ secundum naturam vita est, vim servat ipsius: corrumpit autem, quantum potest, quæ id eligit quod non decet. Est vero sempiternæ rei lues malitia; hujusque parens consilii pravitas, quam evitare adhortatur versus, NE FIANT QUAE STULTA SINT. Sunt autem STULTA, quæ misera & mala. Ea ENIM DICERE ET FACERE QUAE MENTE CARENT, MISERI HOMINIS EST, id est, infelicis proprium. Sin autem ANTE OPUS CONSULUERIS, nec ipse DICES quicquam nec FACIES QUOD STULTUM SIT: QUIBUS necesse est eos MOLESTIA AFFICI, qui temeritatis culpæ sunt affines. Arguit enim electionis futilitatem pœnitentia, cum experientia damnum indicat: non aliter quam ejusdem soliditatem consilii probitas, cum in rebus ipsis utilitatem ostendit:

utilitatem, inquam, non corpoream, non externam, sed nostram ipsorum quibus ANTE OPUS CONSULERE præcipitur, atque EA PERFICERE QUAE MOLESTIAM nobis (qui animus sumus) NON PARIANT. Quod enim prosit perjuriis, cædibus, aut aliis ejusmodi maleficiis divitias parare, externisque opibus abundare; iis autem bonis egere quæ animo conferunt? Nec ad id vel advertere, atque ita malum augere vehementius; vel si admissorum conscientia in eorum sensum deveniatur, animo distorqueri, & pœnas inferorum metuere, solamque in eo medicinam invenire, quod effugium nullum sit; unde malum malo curare ipsi promptum est qui animi interitu sceleri suo adblanditur, dignumque se judicat, cujus nihil post mortem supersit, ut judicii pœnas effugiat? non enim vult qui malus est, esse sibi animum immortalem, ne scelerum ultionem patiatur. Itaque judicem qui apud inferos est prævertens, morte se ipse condemnat; tanquam ne sceleratum quidem animum subsistere deceat. At iste quidem, tanquam consilii inopia ad malitiam delatus, sententiam adversum se tulit non male intemperantiæ suæ respondentem. Sed inferorum judices tanquam ad veritatis normam judicia revocantes, non statuent debere animum minime exsistere, sed sceleratum non esse;

&

ὠφέλειαν ἢ τὴν τοῦ σώματος, ἢ δὲ τὴν τοῦ ἐκτὸς, ἀλλὰ τὴν ἡμῶν αὐτῶν, οἷς καὶ τὸ ΒΟΥΛΕΥΕΣΘΑΙ ΠΡΟ ΕΡΓΟΥ παραγγέλλει, καὶ πᾶσα ἐκτελεῖν, ἃ μὴ ΑΝΙΑΣΕΙ ἡμᾶς· ἡμᾶς δὲ δῆλον ὅτι τὴν ψυχήν. τί γὰρ ὄφελος ἐπορκίσεις, ἢ φόνοις, ἢ ἄλλαις τισὶ κακοτεχνίαις λησάσας χρήματα, καὶ πλεῖον τὰ ἔξω, πενόμενον τῆς ψυχῆς τὴν ὀφειλομένην αὐτῇ κηδῶν; καὶ πρὸς τοῦτο ἡ ἀναισθησία ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ὀφισθένειν τὸ κακόν· ἢ εἰς ἄδηλον τὴν εἰσχασμένων ὑπὸ τῆς ξυνειδήσεως ἐλκόμενον στρεβλοῦσα τὴν ψυχήν, καὶ δειμαίνειν τὰ ἐν ᾅδου κολαστήρια· καὶ μάνιαι ἴασιν εὐείσκειν τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι καταφυγήν, ὅθεν αὐτῷ παίσας κακῶς τὸ κακὸν ἰᾶσθαι, φθορᾷ τῆς ψυχῆς τὴν κακίαν παραμυθούμενος, καὶ τὸν θάνατον ἀδέησιαν ἑαυτοῦ καταψηφίζεσθαι συγγνώμην τῆς κρίσεως πόνων; ὁ βέλεος γὰρ ὁ κακὸς ἀθάνατον εἶναι τὴν αὐτοῦ ψυχήν, ἵνα μὴ ὑπομένῃ πυρούμενον· καὶ φθαρῆναι τὴν ἐπεὶ δικαίως θάνατον ἑαυτοῦ καταψηφιζόμενος, ὡς πρέπον τῇ πονηρᾷ ψυχῇ μηδὲ εἶναι. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, ὡς ἀβελία πρὸς κακίαν ὑπενεχθεῖς, εἰκότως ἀμετρεῖα τὴν καθ' ἑαυτοῦ ἐμφέρει· οὐ γὰρ ἐν ᾅδου δίκαι, ἅτε πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας κανόνα τὴν κρίσιν ποιούμενοι, ἃ κείνοις μὴ εἶναι δεῖν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ πονηρὰν μὴ εἶναι·

καὶ ὅπως ἂν μετειάσῃ τὸ κακὸν ἀπὸ τῆς θεαγωγματοδίσου), ὅτι ζωτικὰ τῆς φύσεως τὰς κολάσεις ἐπάγοντες, ἰατρικῇ δίκῃ, τομαῖς, καὶ καύσεσι καὶ χειρώνεια ἕλκη θεραπεύοντες. καὶ τὰ ἡμιδρυμφόων δίκας εἰσπραττόμενοι, μεταποιᾷ ψυχῆς τὴν πονηρίαν ἀφανίζειν πειρώμενοι· ἀκρωτῆρι τὴν οὐσίαν ἐξισάζοντες τὸ ἕν), μᾶλλον ἐπανάγοντες τὴν τῶν λυμαινομένων παθῶν ἐκκαθάρσει. κινδυνεύει γὰρ εἰς τὸ μὴ ἓν) ὑποφέρεσθαι ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ διὰ τὸ εἰς τὸ μὴ παρὰ φύσιν ἐκβαίνειν· τῇ δὲ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἀνακλίσει πρὸς τὴν οὐσίαν τὴν αὐτῆς ἐπανάγει), καὶ ἀπολαμβάνει καθαρὸν τὸ ἕν), ὃ τῇ συμμίξει τῶν παθῶν ἐκπεφύκει. διὸ πειρᾶσθαι δεῖ μάλιστα μὲν μὴ ἁμαρτάνειν· ἁμαρτόντας δὲ κατιδεῖν, ὡς ὅτι ἰατρικῷ τὴν πονηρίας δίκῃ, ἐπαμφοτερίζουσι τῷ ἀζυγίαν τῇ κρείττονι βοηθείᾳ. ἐπεὶ γὰρ τὸ ἕν) ἀγαθοὶ ἐκπεπῴκαμεν, τοῦτο γένεσθαι χρὴ ἀνεπιλαμβανόμενα μεταμελείᾳ. συγγνώμονι τὴν θείαν ἐπανόρθωσιν εἰσδεχόμενοι. ἡ δὲ μετάνοια αὕτη φιλοσοφίας ἀρχὴ γίνεται), καὶ τῶν ΑΝΟΗΤΩΝ ΕΡΓΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΛΟΓΩΝ φυγὴ, καὶ τῆς ἀμελαμελήτου ζωῆς ἡ πρώτη παρασκευή. ὁ γὰρ καλῶς σοὶ τῶν πράξεων βεβουλευμένος ἐ σπουδῇ λόπως ἀκκοίαις, οὐδὲ λαγδαίᾳ τὰς ὁρμὰς,

καὶ

& dabunt operam ut retundatur ipsius malitia, adhibitis ad naturæ salutem castigationibus, medicorum more, qui maligna ulcera sectionibus atque ustionibus curant. Pœnas deinde scelerum exigent, pœnitudine animi nequitiam delere satagentes; non ipsam ejus substantiam de rerum natura tollere, sed perturbationum potius, quibus corrumpebatur, purgatione, in pristinum statum revocare. Est enim periculum ne esse desinat hominis animus, cum ad id quod est præter naturam divertitur. Cum autem ad id quod est secundum naturam revocatur, ad suam ipse naturam reducitur, puramque illam exsistendi rationem rursus assumit, quam cupiditatum mixtione corruperat. Itaque maxime quidem conari oportet ne quid peccetur. Sin autem peccatum est, ad justitiam statim, tanquam ad scelerum medicinam, confugere; ut pravum consilium præstantioris ope corrigamus. Cum enim probitate excidimus quam habebamus; eam rursum justæ pœnitudinis auxilio adipiscimur, cum divinam correctionem admittimus. Est vero sapientiæ principium pœnitentia ipsa, STULTORUMQUE SERMONUM atque OPERUM fuga, primaque ad vitam, cujus pœnitere non queat, instructio. Non enim molestiis ille obnoxius est quæ temere accidunt, qui recte consilium init priusquam geratur aliquid; nec se rerum principia

atque occasiones dare ignorat, quarum finem atque exitum reformidat: sed semper ei adstipulatur quod adest, eorum fortuitos eventus, quæ solent aliter contingere, rationibus expendens. Quo fit, ut nec eorum exspectatione quæ bona nuncupantur, quod vere bonum sit contemnat; nec metu etiam contrariorum, mali quicquam admittat: sed mente semper ad divinas leges intenta, suam ipse vitam ex earum instituto dirigit. Ut autem scias MISERI ESSE HOMINIS EA DICERE ET FACERE QUAE STULTA sunt, Medeam in tragœdia intuere, ut vicem suam lugeat; quæ ingenti amore correpta, cum suos inconsulte prodidisset, seipsam homini peregrino tradidit. postea vero, cum ab ipso negligeretur, indignaque pati se existimaret, ex ea persuasione in has voces prorumpit:

Feriat caput hoc cœleste mihi
Fulgur.—

Pergit deinde ad nefaria opera; primum eā STULTE exoptans infecta esse quæ fierent, tum furenter malis mala curare tentans. Quod si placet Homericum Agamemnonem intueri, audies & ipsum, cum dat pœnas iræ vehementis, ejulantem, & clamantem;

—Turbor, mihi nec jam cor sedet intus.
Ardorem

καὶ τὰς ὑποθέσεις διδὰς, ὧν τὰ συμπεράσματα καὶ τὰς ἐκβάσεις ἐκ ἀσμενίζει, ἀλλ' ἀεὶ τὸ παρὸν σωπήσας, ἢ ἄλλως ὅπη συμβαίνοντων τὰς τύχας ἐκλογιζόμενος. διὸ ὅτε περισσοκίαις ἢ λεγομβρόων ἀγαθῶν τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἂν παείδη, ὅτε φόβῳ ἢ ἐναντίων τινὶ τῶ κακῶ προῖξιν αἱρήσεται· ἐσώσῃ δ' τῇ γνώμῃ πρὸς τοὺ θείους κανόνας τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀπαθώτατ. ἵνα δ' γνῶς, ὅτι ΔΕΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΝΔΡΟΣ ΕΣΤΙ ΠΡΑΣΣΕΙΝ ΤΕ ΚΑΙ ΛΕΓΕΙΝ ΑΝΟΗΤΑ, ὅσα Μήδειαν τ' ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὰ καθ' αὑτὴν ὀδυσσόμενον, ἥτις ἀβελήτως τοὺ οἰκειοτάτους προδοῦσα δι' ἔρωτα ἔκτοπον ἀνδρὶ ξένῳ ἑαυτὴν ἐνεχείρισεν. ἔπειτα ὀλιγωρημένη ὑπὸ τούτου, ἀφόρητα πάσχειν οἶε δ' κ ἐκ τῆς οἰήσεως ταύτης ἀκέσεις οἷα βοᾷ·

Διά μυ κεφαλῆς φλὸξ ἔρχεται.

Βαίοι, —— κ πεφεισην εἰς ἔργα παράνομα. σκῶπτον ΑΝΟΗΤΩΣ ἐπαδρομένη μὴ γελασθῆναι τὰ γινόμενα· εἶτα μανικῶς κακοῖς ἰᾶσθαι τὰ κακὰ πειρωμένη. εἰ δὲ βέλει, τ' Ἀγαμέμνονα θέασαι τὸ Ὁμήρῳ, ὃς τῆς ἀμετρείας θυμοῦ διδὰς δίκας οἰμώζων ἀναφωνεῖ·

—ἀλλ' ἀλύκημαι, κραδίη δέ μοι ἔξω.

καὶ τὸ πυρῶδες τῆς ὀμμάτων, ὃ πάλαι ὑπὸ τῆς θυμικῆς διαθέσεως ἐξήπτετο, μεταπεσόντων αὐτῆς τῆς πραγμάτων τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν κατέψυχε. τοιοῦτος δὴ πᾶς ΑΝΟΗΤΟΣ βίος, τῇδε κἀκεῖσε τοῖς ἐναντίοις πάθεσι μεταπίπτων, ἐν ἡδοναῖς μὲν ὢν μισητὸς, ἐν λύπαις ἐλεεινὸς, καὶ θαρρῶν ὑφεπτὴς, καὶ δειλὸς ταπεινὸς· καὶ ὅλως τῶν τῆς εὐβουλίας θηναίων φρονήματος ἀμοιρῶν τῇ τύχῃ συμμεταβάλλει *ἢ γνώμῃ. ἵνα οὖν μὴ τοιούτων δραμάτων ἀναπιμπλώμεθα, ΠΡΑΣΣΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΛΕΓΟΝΤΕΣ ΑΝΟΗΤΑ, τῷ ὀρθῷ λογισμῷ διὰ πάντων ἡγεμόνι χρησόμεθα, τὸ Σωκρατικὸν ἐκεῖνο πληροῦντες, ὡς ἐγὼ οὐδενὶ ὅτῳ τε ἐμὴ πείθεσθαι τῆς ἐμῆς, πλὴν τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ ὀρθὸς φαίνηται. ἡμῖν δέ ἐστιν, ἀλλὰ οὐχ ἡμεῖς, πάντα ὅσα περὶ ὑπερβασίαν τῆς λογικῆς ὁδοῦ, οἷον θυμὸς, ὀργὴ θυμὸς, ἄθυμία, ἄθεσις, αὐτὸ τὸ ζῶμα τὰ εἰς ὀργάνου χρείαν τῆς δυνάμεσι ταύτης παρειλημμένον· ὧν οὐδενὶ χρὴ πείθεσθαι, πλὴν, ὡς φησὶ, τῷ ὀρθῷ λόγῳ, τοτέοι τῷ λογικῇ τῆς φύσιν διαπεφυκότι. τοῦτο δὲ καὶ διορᾷν δυνάμενοι ΛΕΚΤΕΑ ΤΕ καὶ ΠΡΑΚΤΕΑ. λόγῳ δὴ ὀρθῷ πείθεσθαι, καὶ θεῷ, πανταχοῦ ὄντι. τὸ δὲ λογικὸν ἡμῶν ἐνυπάρξαν τῆς οἰκείας ἐπλάμψεως πάντα βάλε

* χρ. τῇ γνώμῃ

Ardorem deinde oculorum, qui pridem iracundiæ proclivitate accendebatur, immutatis rebus ipsis, lacrymarum imbre restinxit. Ejusmodi enim omnis vita est STULTORUM hominum, propter contrarias affectiones aliis atque aliis mutationibus obnoxia: in prosperis quidem rebus odiosa, in adversis vero miserabilis; in spe autem præceps, in metu vero dejecta. Omnino denique, qui caret consilii boni & recti subsidio, mutat simul & mentem cum fortuna. Ne ergo hujusce generis dramatis repleamur, dum ea dicimus & facimus quæ STULTA sunt, recta ipsi ratione, tanquam duce, in omnibus utamur, & Socratis illud imitemur, quo se dicebat nulli suorum posse assentiri, nisi rationi, quæ recta monere visa esset. Sunt vero nostra, non autem nos, omnia illa quæ ad rationis ministerium data sunt, ira, cupiditas, sensus, corpus ipsum, quod instrumenti vice facultatibus istis in usum conceditur: quarum nulli decet credere, ut ait, nisi rectæ rationi; id est, parti illi rationi præditæ, quæ secundum naturam se habeat. Potest enim & illa perspicere quæ dicere & facere conveniat. Est vero idem rationi parere atque Deo. Natura enim quæ rationis est particeps, cum splendorem suum suamque lucem sortita est, ea ipsa amplectitur

quæ

quæ divina lex statuit; nec discrepat à Dei sententia animus qui secundum Deum se habeat; sed divinitati atque splendori intentus ea facit quæ facit. At non ita qui contra se habet; quippe qui Deum non agnoscat, & in tenebris temere, proutque forte contigit, pervagetur, mente scilicet, atque Deo, tanquam sola bonorum regula, destitutus. Tam multa adeo & varia exsistunt consilii recti commoda. Sed hoc etiam ad alia accedit, quod EX CONSILIO QUOD OPERI PRAEMITTITUR, amputatis incertarum opinionum causis, ad scientiæ notitiam revocamur; unde jucundissima nobis, atque etiam optima vitæ ratio conciliatur: quod sequentibus demonstratur.

30 NIHIL AGE EORUM QUAE NESCIS, SED DISCITO 31 QUAECUNQUE DECENT: ATQUE ITA VITAM PERAGES IUCUNDISSIMAM.

Nec tu quod nescis gerito; sed discere cura
Quæ fas. perjucunda tibi sic vita futura est.

Nihil adgredi quod non sciamus, id tantum cavet, ne peccemus: at ea DISCERE quæ ad VITAM optimam conferunt, præterquam quod inculpatos reddit, effici-

α᾽ ὁ θεῖος ὁείζε νόμος. καὶ γίνεσθον σύμψηφος θεῷ ἢ χρὴ θεὸν διακρμένη ψυχὴ, καὶ πρὸς τὸ θεῖον καὶ τὸ λαμπρὸν ἀποβλέπουσα πράττει α᾽ ἂν πράξῃ. ἢ δὲ ἐναντίως διακειμένη, πρὸς τὸ ἄθεον καὶ σκοτεινὸν, εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε * φε- * χθ' φέ- ρομένη, ἅτε τῆς μόνης ἧσ κακῶν ταθμης, νῦ ρε- χαὶ θεῦ ἀποπεσοῦσα. τοσαῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα τῆς εὐβυλίας τὰ ἀγαθά. τὸ δὲ ΒΟΥΛΕΥΕΣΘΑΙ ΠΡΟ ΕΡΓΟΥ, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, καὶ τῆς οἰήσεως ἐκκόπτει τὰς ἀφορμὰς, καὶ πρὸς ὀπτήμης ἀνάληψιν παρακαλεῖ, καὶ ἥδιον ἡμῖν πρόξενεῖ βίον, εἴπερ καὶ ἥ ἄειστον. δηλοῦται δὲ ταῦτα διὰ τῆσ ἑξῆς.

30 ΠΡΗΣΣΕ ΔΕ ΜΗΔΕΝ ΤΩΝ ΜΗ ΠΙΣΤΑΣΑΙ: ΑΛΛΑ ΔΙΔΑΣΚΕΤ 31 Ο Σ- Σ Α ΧΡΕΩΝ, ΚΑΙ ΤΕΡΠΝΟΤΑΤΟΝ ΒΙΟΝ ΩΔΕ ΔΙΑΞΕΙΣ.

Τὸ μὲν μὴ ὀπτχειρεῖν οἷοις ἐκ ἴσμεν, ἀναμβρτήτως ἡμᾶς διαφυλάττει μόνον· τὸ δὲ διδάσκεσθαι τὰ πρὸς ἥ ἄειστα ζῶα ζωτιέτοντα, πρὸς τῷ ἀναμβρτήτῳ, καὶ ἥ κατόρθωσιν

ἐν

ἐν τῷ παρέχειν. ἡ μὲν γὰρ ζωὴ ἐσις τῆς ἀγνοίας πλὴν ἐν τῇ οἰήσει ἐχειροήθειαν παρέτεινεν ἀνόητον· ἡ δὲ τῆς ὄψεως μία κίνησις τὸ τῆς ἐνεργειῶν ἀπαρεμπόδιστον δίδωσιν. ἀμφότερα δὲ καλὰ, καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι ἐκ ἴσμεν, καὶ τὸ γνῶναι ἃ ἐκ ἴσμεν· οἷς ἕπεται ΒΙΟΣ ὁ ἀείσωτος ἅμα, καὶ ΗΔΙΣΤΟΣ. ἔστι δὲ ὅτιν οἰήσεως μὲν καθαρόν, ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ δὲ πλήρης· ὅτι μὲν γὰρ ἐπιστάμενοι ὧν ἐκ οἴδε, μανθάνειν δὲ ἐθέλων ὅσα ἄξια μαθήσεως. ἄξια δὲ ἐκεῖνα μόνα, ὅσα πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἡμᾶς ἄγει. ὅσα ποιεῖ βελτίους πρὸς ἔργα, ὅπως μὴ μωρὸς πέλῃ· ὅσα ἐκ ἐφ' ἁπαφλοῦς ὧν ἔδενός ἔστε λόγῳ, ἔστε ἔργῳ· ὅσα διακείνειν ἱκανὸς ποιεῖ πρὸς πρωτοπόνων λόγων τὸ διάφορον· ὅσα τὰς δαιμονίας τύχας φρόνιμος φέρειν, καὶ ἰσότης πείθει, καὶ τὸ θανάτε καὶ πενίας διδάσκει, καὶ δικαιοσύνης ἄσκησιν, καὶ χαρὰς, καὶ πρὸς τὸ χαλεπὸν τὸ ἐγχειρεῖτειαν· ὅπε τοῦ τῆς φιλίας νόμος εἰσηγεῖται, καὶ τὸ γονέων τιμᾶν· ὅσα πρὸς χρειττόνων γενῶν τὸ σέβας ὑποδείκνυσι. τῶν τα καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν, ἃ ΔΙΔΑΣΚΕΣΘΑΙ χρῆναί φησιν ὁ παρὼν λόγος, οἷς ΕΠΕΤΑΙ ΒΙΟΣ ΟΤΕΡΠΝΟΤΑΤΟΣ. ὁ γὰρ ἀρετῇ διαφέρων καὶ ἡδονὰς ἀμελήσας καρπώσεται μυρί-

efficit etiam ut à nobis gerantur quæ præclara sunt. Exscindit enim intelligentia temeritatem ignorationis, quæ per opinionem excitatur; affert autem actionum libertatem scientiæ possessio. Est vero utrumque in bonis habendum, si NESCIRE nos non ignoremus, sique noscamus quæ ignoramus; ex quibus VITA sequitur optima simul atque JUCUNDISSIMA. Fuerit autem ejusmodi, quæ opinione liberata scientia referta sit; nullisque attollatur quæ ignorat, sed ea lubens addiscat quæ scitu digna sunt. Sunt vero generis istius ea tantum, quæ Deo similes nos reddunt. quæ ante opus consulere faciunt, ne stulta committantur. quæ nos à nullo, neque verbis, neque factis, avocari sinunt. quæ reddunt idoneos ad occurrentium sermonum discrimen faciendum. quæ divinitus missas calamitates ferre moderate, iisque mederi persuadent. quæ mortem, quæ paupertatem pati æquo animo; quæ justitiam colere; quæ ventrem ipsum, & ea quæ ventrem sequuntur, continere. quæ leges tradunt amicitiæ, & debitum parentibus honorem. quæ denique superiorum generum cultum demonstrant. Ista sunt, inquam, ejusmodique alia, quæ DISCI oportere præsens innuit oratio; & quæ sequitur VITA JUCUNDISSIMA. Voluptates enim, quarum pœnitere nunquam potest, ille etiam qui virtute præditus est percipit,

quæ

quæ virtutis ſtabilitatem imitantur. Ita ſiquidem natura comparatum eſt, ut voluptas omnis actionis cujuſlibet comes ſit. Non enim illa per ſe ſubſiſtit, ſed nos alia atque alia gerentes comitatur. Unde fit, ut deteriores actiones illæ etiam ſubſequantur voluptates quæ malæ ſunt, præſtantiores autem quæ bonæ: nec eo tantum quod honeſtum eſt, homini nequam is præſtat qui bonus eſt; ſed ipſa etiam voluptate, qua ſolum ad vitia duci videtur improbus. Quanto enim affectionem affectione præſtantiorem eſſe contigit: tanto & voluptatem voluptate magis appeti. Quoniam igitur quæ ſecundum virtutem VITA eſt, re vera divina eſt; quæ autem vitia ſequitur, belluina, atque à Deo aliena: nemini ſane dubium eſt, hominis virtute præditi voluptatem divina gaudia imitari, quæ mentem Deumque ipſum ſequatur; improbi autem voluptatem (detur enim commune nomen) ad appetitus belluinos & vecordes eſſe referendam. Sunt enim voluptates atque dolores in medio poſita; ex quorum fontibus, unde liceat, & quando, & quantum, qui hauriat, non poteſt non felix exiſtere: miſer autem qui iſtorum modum non teneat. Sic ergo tantum ſine peccato vita eſt, quæ ſe opinionis errore purgavit: felix autem & perfecta, quæ SCIENTIAM adepta, eademque JUCUNDISSIMA atque optima. Nunquam igitur QUAE

NESCI-

μιμνησκόμενος τὸ τῆς ἀρετῆς μόνιμον. πέφυκε γὰρ πᾶσα ἡδονὴ ἐνεργείας ἵστασθαι ἐπιτήδευμα. ὁ γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἔστι τοιοῦτον ἔχει, ὅμως ἐπακολουθεῖ τάδε ποιοῦσιν ἡμῖν, ἢ τάδε. διὸ καὶ φαυλοτέρας τῶν ἐνεργειῶν αἱ χείρους τῶν ἡδονῶν ἔπονται· ταῖς δὲ ἀμείνοσιν ἡδοναῖς συνεισέρχονται ἀπηδήματα. ὥστε μὴ μόνον τῷ κλῆμα φεύγειν τὸν ἀπηδῆ τὸ φαῦλον, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἡδονῇ νικᾶν, δι' ὧν μόνων δοκεῖ εἰς κακίαν ὁ φαῦλος ἄγεσθαι. καὶ γὰρ ὅσῳ ἡ διάθεσις τοῦ διαθέσεως ἀμείνων· τοσούτῳ καὶ ἡ ἡδονὴ τῆς ἡδονῆς αἱρετωτέρα. ἐπεὶ ἂν ὁ καλὸς ἀρετῶν BIOΣ τοῦ θείας ὁμοιώσεως ἀνέχόμενος, τῷ ὄντι θεῖός ἐστιν· ὁ δὲ ἐν κακίᾳ διατριβώς, καὶ ἄθεος· δῆλον ὡς ἡ μὲν τοῦ ἀπηδοῦς ἡδονὴ τοῦ θείαν εὐφροσύνην μιμεῖται· ἡ δὲ (συνεπομένη δὲ τοῦ φαύλου ἡδονὴ λεγομένη (δεδόσθω γὰρ κοινὸν τὸ ὄνομα) πρὸς τὴν διαθεσιν καὶ ἔμπληκτον ὁμοιοῦται κίνησιν. ἡδοναὶ γὰρ καὶ λύπαι μεθιᾶσιν· ὧν ὁ μὲν ἀρυόμενος, ὅθεν τε δεῖ, καὶ ὅταν δεῖ, καὶ ὅπόσον, συνομονεῖ· ὁ δὲ τὰ μέγα τούτων ἀγνοήσας, ὁ ἄθλιος. ἕτως ἂν ὁ μὲν σώφρων καθαρεύων βίου ἀναμάρτητός ἐστι μόνον· ὁ δὲ καὶ ὁσιότητι πληρωθείς, κατορθώμων καὶ τέλειος· ὁ δ' αὖτος ΗΔΥΣΤΟΣ ΤΕ ΑΜΑ, καὶ ἄριστος. ἀκουῶ δὲ μὲν

ΜΗΙΣΜΕΝ, ΟΤΑΔΕ ΠΟΤΕ ΠΡΑ-ΞΩΜΕΝ· ἃ ϗ ἴσμεν, ὅτε δεῖ. ἡ μὲν γὰρ ἄγνοια πρὸς κακίαν εἰσηγεῖται· ἡ δὲ γνῶσις πρὸς εὐκαιρίαν ζητεῖ. πολλὰ γὰρ ὄντα σπουδαῖα τῇ μεταδόσει τοῦ καιροῦ γίνεται φαῦλα. ἐν τάξει δὲ ἀκόσωμεν τοῦ παραγγέλματος, ὃν μὲν τὸ ἐποχῆς τῆς προσέξεως τὸ ἀναμάρτητον ἡμῖν εἰσηγεῖται· ἐν δὲ τῇ προσοχῇ τοῦ μανθάνειν ἃ πάντα, ἵνα ὅσα δεῖ, πρὸς τὰς δεούσας προσέξεις ἡμᾶς καθαπόζηται. ἐν μὲν τῷ μὴ ἁμαρτάνειν δεῖ τὸ κατορθοῦν, ἵνα ἐν τῷ τὰ δέοντα εἰδέναι. καὶ τὸ μὲν ἡ κάθαρσις τοῦ νοήσεως· τὸ δὲ ἡ τῆς ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ παρουσία ἐργάζεται. εἰ δὲ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν καὶ ἐν τῷ κατορθοῦν, ὅρα ἡ συμβήσεταί σοι. ΤΕΡΠΝΟΤΑΤΟΝ ΒΙΟΝ ΩΔΕ ΔΙΑΞΕΙΣ. πῶς δή; ὁ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τὸ ἡδὺ κεκλημένος· ᾧ συνδεδράμηκεν ἅμα τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἡδύ. εἰ ἓν ποθοῦμεν τὸ καλὸν, ποθοῦμεν δὲ καὶ τὸ ἡδύ, συμβαῖνοντα τί ἂν εἴη τοῦτο, φησὶν, ΟΒΙΟΣ ΤΕΡΠΝΟΤΑΤΟΣ. ἐγὼ δὲ τὸ ἡδὺ μὴ τῷ αἱρετῷ ἐλόμενος, εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον σκιαθείη τῷ ἥδονῃ, διαγεῖν τὸ αἱρετὸν εἰς μεταμέλειαν ἐπώδυνον ἔχειν. ὁ δὲ τὸ κακὸν μὴ πόνῳ προπιμήσας, κἂν πόνῳ τῷ ἀϊδίῳ βαρυνθῇ; ἵνα ἡ τοῦ καλοῦ

NESCIMUS FACIAMUS? sed geramus, cum oportet, quæ novimus. Inducit enim in errorem insciția: Peritia vero tempus quærit opportunum. Sunt enim bona multa, quæ temporum commutatione mala fiunt. Ordine ergo præceptum intelligamus, & ipso quidem quod actiones nos jubet cohibere, peccandi licentiam tollere: eo autem quod non omnia discere adhortatur, sed quæcunque oportet, ad optima agenda nos etiam inducere. Non enim in minime peccando bene agere situm est; sed in cognoscendo quæ deceant. & illud quidem efficit stultæ opinionis purgatio: illud autem SCIENTIÆ possessio. Si vero non peccare habetur etiam in recte agendo, vide jam quid tibi futurum! ITA VITAM EXIGES JUCUNDISSIMAM. Verum quænam ista? Quæ ex virtute adepta sit quod delectat. in qua simul concurrat cum delectatione probitas. Si igitur boni cupiditate, si jucundi afficimur; quidnam illa fuerint cum simul coiverint? VITA, inquit, JUCUNDISSIMA. Qui enim delectationem cum turpitudine amplectitur, quantumvis exiguo temporis spatio voluptate inescetur, turpitudine tamen in gravem pœnitudinem agitur. Qui vero honestatem cum laboribus potiorem ducit, etsi primum insueta acerbitate gravetur, boni

tamen conjunctione dolorem facit mitiorem, puramque tandem cum virtute voluptatem percipit. Si enim cum voluptate contra honestatem geratur aliquid, id ipsum quidem elabitur quod jucundum est, manet autem quod turpe. Unde necessario vita fit acerbissima, quæ nequissima; JUCUNDISSIMA autem, quæ optima. Atque hæc quidem de istis. Quoniam autem ipsa etiam corporis moderatio ad animi perfectionem refertur, vide deinceps quid adjungat.

32 NEQUE VERO NEGLIGENDA CURA EST VALETUDINIS; 33 SED MODUS ADHIBENDUS POTIONI, ET CIBO, ATQUE EXERCITATIONI. 34 FORE AUTEM OPTIMUM ADSERO, QUI TIBI MOLESTIAM NON PARIAT.

Corporis haud spernenda juvat quæ commoda cura.
Sed potusque cibique modus sit & exercendi.
Ipse modum statuo, qui te non læserit ipsum.

Mortale CORPUS, quod nobis instrumenti loco ad vitam in terris agendam datum est, nec decet immodicis curationibus saginare, nec vexare nimis necessariorum subtractione. Officit enim ex æquo utrumque, & usum ipsius adimit. Quo fit, ut mediocriter ipsi inservire, neque

ζύζυξις ἐλαφρωὴ τ πόνου, ϗ τέλος πρὸς τῇ ἀρετῇ καὶ ἡδονῇ καθαρᾷ καρπῶται. εἰ μὲν γὰρ πρότερόν τι μετ' ἡδονῆς αἰσχρὸν, ἡ μὲν ἡδονὴ παρῆλθε, τὸ δὲ κακὸν μένει. ἐξ ὧν λυπηρότατον ἀνάγκη εἶναι τ κάκιστον BION ΤΕΡΠΝΟΤΑΤΟΝ δὲ τ ἄριστον. ϗ ταῦτα μὲν περὶ τέκνων. ἐπεὶ δὲ ϗ ἡ τοῦ σώματος παιδαγωγία πρὸς τ τῆς ψυχῆς τελείωσιν τ ἀναφορὰν ἔχει, ὅσα ἐξῆς τί ἐπάγει.

32 ΟΥΤΑ' ΥΓΙΕΙΑΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΣΩΜ' ΑΜΕΛΕΙΑΝ ΕΧΕΙΝ ΧΡΗ· 33 ΑΛΛΑ ΠΟΤΟΥ ΤΕ ΜΕΤΡΟΝ, ΚΑΙ ΣΙΤΟΥ, ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ ΤΕ 34 ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ. ΜΕΤΡΟΝ ΔΕ ΛΕΓΩ ΤΟΔ', Ο ΜΗ Σ' ΑΝΙΗΣΕΙ.

Τὸ σωτὸν ΣΩΜΑ πρὸς τὸν ὅλον γῆς διαγωγὴν ὄργανον ἡμῖν δοθὲν, ὅτι παίνειν προσήκει τοῖς ἀμέτροις ζωμαϊκίαις, ὅτε καταζύχειν ἐνδείας ἀσυμβόλοις. ἐμπόδιον γὰρ ἐπ' ἴσης ἑκατέρων, ϗ ἀνεπιτήδειον τ χρείας αὐτῷ προσγίγνεσθαι. διὸ μετρίως προσφέρειν αὐτῷ,

καὶ μὴ πλειόνων ἐξυβρίζειν, ἢ ὑπὸ νοσημάτων ἐνοχλεῖσθαι, ὁ λόγος παραινεῖ, ὅπως ἂν ἐν τῇ καθ' ἑαυτὸν φύσει σωζόμενον ἀπαραποδίστως τῇ ἡγεμονικῇ ψυχῇ πρὸς ἐνεργείας αὐτῆς παρέχῃ, παύσασθαι κελεύων ἀγαθῆς, ἢ ἂν ἐκείνη ἄρχῃ. τὸ γὰρ χρώμενον ἡ ψυχή, τὸ δ' ᾧ χρῆται τὸ σῶμα, ἕξιν ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΕΧΕΙΝ ΔΕΙ ἢ τοιαύτην. ἐπεὶ γὰρ χρῆσθαι δεῖ μόνον ἐθέλειν αὐτῷ· ἀλλ' ὅπως εὖ ἔχον ἡμῖν ὑπηρετήσῃ, τοῦτο ἐνδεχομένως ποιεῖσθαι προνοίαν. ἐπεὶ δὲ ἡ φύσις αὐτοῦ ἐν ῥύσει καὶ φθορᾷ συνεχεῖ καθέστηκε, καὶ πληρώσεις καὶ κενώσεις αὐτὸ παθαίνουσι, νῦν μὲν τροφῆς τὸ ἀπορρέον ἀναπληροῦσης, νῦν δὲ γυμνασίων τὸ πλεονάζον ἐκτεφρούντων· ΜΕΤΡΟΝ ἁπλῶς δεῖ τῆς εἰσαγωγίμων πληρώσεως καὶ τῆς διαφερόντων κενώσεως τὸ δὲ ΜΕΤΡΟΝ ἔστιν ὁ λόγος ὁ συναρμόζων πρὸς τὰ σώματος ἕξεις τὴν διανοητικὴν ἐνεργείαν τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ τοῦτο τῆς περὶ φιλοσόφου τροφῆς ΥΓΙΕΙΑΣ ὀπαδὸν ἐν ΓΥΜΝΑΣΙΑ καὶ θεραπείαις ἐκλέξεται, ἃ μὴ παίνει πρὸς ὑπερβολὴν τὸ ΣΩΜΑ. καὶ γὰρ ΜΕΤΡΟΝ αὐτὸ δεῖ νοεῖν ἐρῶν κινήσεων. * ἀφαιρεῖ. ἀλλὰ ΣΩΜΑΤΟΣ ἁπλῶς ΕΠΙΜΕΛΕΙΤΑΙ· ἀλλὰ ΣΩΜΑΤΟΣ διανοίᾳ ὑπηρετουμένου.

ὅθεν

neque negligere cum insultat, aut morbis etiam agitatur, versus adhortetur: ut cum secundum naturam constiterit, operam suam, nullo avertente, animo navet principatum gerenti, eoque duci queat quo ipse voluerit. Est enim animus ipse, qui utitur; CORPUS autem, quod sui præbet usum, cujusque artifici CURA esse debet. Neque enim eo tantum velle uti necessarium est: sed justam etiam dare operam ut recte se habeat quo nobis inserviat. Quoniam autem natura ipsius in assidua generatione atque corruptione versatur, ipsumque nutricantur repletio & inanitio, partim quidem alimento refundente quod effluxit, partim vero exercitationibus quod abundat expellentibus; MODUS eorum, quæ cum ingesta egestaque sunt impletionem atque vacuationem faciunt, statuendus est. Fuerit vero MODUS iste ratio illa, quæ corporis habitum cum animi operationibus ad cogitationem commentationemque pertinentibus conjungit, & ob id VALETUDINIS curam habet, quæ sapientiæ studiosum deceat. Eliget igitur iste & EXERCITATIONES & alimenta, quæ nec immodice saginent CORPUS, nec ipsum supra MODUM ab animi cogitationibus avertant. Non enim CORPORIS CURAM GERIT simpliciter; sed CORPORIS animi cogitationibus inservientis.

quo fit, ut athleticam victus rationem adspernetur, quæ CORPORI famulatur, neglecto animo; omnemque fugiat corporis curationem quæ σωματικὴ dicitur, tanquam intelligenti animi luci contrariam. Verum, quantum potest ad disciplinarum tractationem, & ad præclara opera bonus inservire CORPORIS habitus, eum ille adipisci conabitur qui prudenter vitam agere instituit. Ad eum siquidem referuntur quæ habentur, ubi MODUM SE DICERE ait, QUI TE NON LAEDAT. Quasi dicat, TE (qui animus es rationis particeps) damno non afficiat. HABENDI CORPORIS MODUS: TE, inquam, eorum quæ superius præcepta sunt observatorem atque custodem, CIBOS ejusmodi, ET POTIONES, ATQUE EXERCITATIONES adhibere oportet, quæ docile CORPUS ad virtutum opera efficiant, quæque quod est rationis expers ad respuendas moderantis animi habenas nequaquam impellant. Est vero magna attentione CURANDI CORPORIS expendenda ratio: tanquam motuum qui ab ipso prodeunt causam sustineat. Ingravescit enim vitii particeps equus, non simpliciter, sed si ab iis male educatus fuerit à quibus regitur. In MODI autem ratione circa CORPUS adsignanda, CIBO POTIONEM ideo

præmi-

ὅδεν ἢ ἀθλητικῶ ἀγῶνι παρεμπέσῃ, ὡς
ἄνοι ψυχῆς ΣΩΜΑ διεφθάρησαν· καὶ πᾶσαν
ἢ λεγομένην ζωμασίαν φεύξῃ, ὡς ἐπαι-
σαμόνι τῶ νοερῶ φωτὶ τῆς ψυχῆς. ὅση δὲ τῇ
θεῖ τὰ μαθήματα διωσία, καὶ τῇ θεῖ τὰς
κλῆς * τάξεις αὐτεργία ὑπηρετεῖσης δυνά- * καὶ θεά-
ται τῇ τῦ ΣΩΜΑΤΟΣ εὐεξία, ταύτῃ πε- ξεις.
ειποιήσει ἑαυτῷ ὁ ἢ τῦ φρονεῖν βίον ἑλόμε-
νΘ. θεὸς τῦτον γὰρ εἴρηται, ΜΕΤΡΟΝ
ΔΕ ΛΕΓΩ ΤΟΔ' Ο ΜΗ Σ' ΑΝΙΗΣΕΙ. ΣΕ φησιν, ἢ ὄντα λογικῶ
ψυχῶ, μὴ βλαπτέτω τὸ ΜΕΤΡΟΝ τῆς τῦ
ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ. ΣΕ,
ἢ τῶ θερμῶν παραγγελμάτων φύλακα, λοι-
ῶντα ΣΙΤΙΑ, καὶ ΠΟΤΑ, ΚΑΙ ΓΥ-
ΜΝΑΣΙΑ, ἐκλέγεσθαι χρὴ, ἃ τὸ ΣΩ-
ΜΑ πειθήνιον θεῷ ἢ τῇ ἀρετῇ χρῆσιν
ἀφορίζῃ, ἃ μὴ ἐνφέρει τὸ ἄλογον πρὸς ἀφ-
ωσίασιν τῦ ἡγεμονεύοντΘ λόγυ. μῆ πλείσης
δὲ θερσοχῆς ποιεῖσθαι δεῖ ἢ παρεμπέρησιν τῆς
ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ, ὡς
καὶ ἤδη τότε παρεγόντων κινημάτων τῶ αἰ-
τίαν ὑφέξουσαν. βλέπει γὰρ ὁ τῆς κακίας * ἵππος, * μετὰ-
ἐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτε μὴ κλῶς εἴη τεθραμμέ- χων
νΘ * ἢδη ἡνιόχων. ἐν δὲ τῷ ΜΕΤΡΩ τῷ περὶ * ὑπὸ
τὸ ΣΩΜΑ, τὸ ΠΟΤΟΝ τῦ ΣΙΤΙΟΥ

θερ-

σεν ἔταξεν, ὅτι μᾶλλόν ἐστι δυσφύλακτον, καὶ εὐόλισθον εἰς κατάπωσιν, καὶ παρακινητικὸν τῆς τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ εὐεξίας. λάθοι γὰρ ἂν πῖς πολλαπλάσια τοῦ ΜΕΤΡΟΥ πιὼν, ἢ φαγών. τὰ δὲ ΓΥΜΝΑΣΙΑ μείζω τέτακεν, ὡς ἐπωρθούμενα πρὸς ἀπὸ τῆς ἕξεως πλήρωσιν, καὶ πάλιν πρὸς τὸ ΥΓΙΕΙΝΩΣ ῥέφεσθαι παρασκευάζοντα. κύκλῳ γὰρ ὅσ' ἀνταποδίδοται ταῦτα ἀμήλοις, ΤΡΟΦΗ, καὶ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ· καὶ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ, καὶ ΤΡΟΦΗ. χορηγία γὰρ τῷ μὲν δύνασθαι γυμνάζεσθαι, τὸ εὖ τεθράφθαι· τῷ δὲ ἐυεκπαθῶς πέφυκεσθαι, τὸ γεγυμνάσθαι ξυμμέτρως. ΜΕΤΡΟΝ δὲ τούτων ἄμφω πρὸς τὸ οἰκεῖον ὁπτήδευμα τῆς τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ ἑκάστῳ τεινόσης. πᾶς γὰρ τῆς ἑαυτοῦ σεσαρκώσεως ὄργανον αὐτὸ ποιεῖσθαι πεφύκασι· ὁ μὲν παλαιστικὸς τὴν περὶ πάλαν κινημάτων· ὁ δὲ γεωργικὸς τὴν περὶ γεωργίαν πόνων. καὶ ἄλλος πρὸς ἄλλο ἕκαστος, καὶ μεθαρμόζεται πρὸς τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ εὐκαιρίαν. τί δ' ὁ φιλόσοφος; πρὸς τί βλέπων ἐθελήσει τὸ ΣΩΜΑ παιδαγωγεῖν; καὶ τίνα ὄργανον αὐτὸ σπουδάσει ποιήσασθαι, ἢ σκοπὸν ὅτι φιλοσοφίας, καὶ τῆς τούτης ἔργων; * οἱ δ' οἰόμενοι φρονήσεως ὄργανον χρήσεσθαι τὸ Σῶμα, ὅπως

* χ'ὡς

præmisit, quod difficilius ab ea caveatur, quodque in proclivi magis sit, & quod bonam corporis habitudinem conturbet. Imprudens enim supra modum POTIONI facilius quis indulserit, quam CIBO. Addidit autem tertio loco EXERCITATIONIS præceptum, tanquam ea repletionem quæ fit ab alimentis corrigi, & rursus ad salubrem nutritionem viam præparari significet. Circulo enim veluti quodam in sese mutuo redeunt ALIMENTUM & EXERCITATIO; itemque EXERCITATIO & ALIMENTUM. Vires namque ad exercitationem nutritio suggerit quæ idonea est: ad nutritionem autem, quæ firmum corporis habitum efficiat, exercitationis temperatio. Sed est istorum MODUS alius alii, pro cujusque CURANDI CORPORIS ratione, quæ spectat ad institutum. Dant enim operam omnes, ut ipsum ad id commodum efficiant quod amplexi sunt. Palæstricus quidem ad luctæ motus: agricola vero ad labores agriculturæ sustinendos. & alius denique ad aliud CORPORIS obsequium trahit atque fingit. Quidnam igitur Philosophus? Ad quid intentus volet CORPUS dirigere? Cujus instrumentum potius quam philosophiæ, atque operum ipsius, studebit efficere? Qua ratione igitur prudentiæ instrumentum CORPUS potest evadere,

sic

sic ipsum modis omnibus educabit atque instituet; animi imprimis curam habens, CORPORIS autem propter istum. Neque enim illud ei prætulerit qui utitur, neque omnino ejus curam rursum negliget propter utentem; sed suo loco ejus, tanquam organi, CURAM geret, ad ipsius robur qui utitur CORPORIS etiam valetudinem referens. Itaque non quibus libet rebus ipsum educabit; sed quibus solis oportet. Sunt enim nonnulla quibus vesci non decet, tanquam illis corpus ingravescat, & qui animo cognatus est spiritus ad viliores affectiones pertrahatur; de quibus postea sermo futurus est, (cum à cibis, de quibus est locutus, in lustrationibus atque expiationibus animi, adhibito judicio temperandum monebit.) Significat enim quæ sunt ejusmodi penitus esse rejicienda. Quorum autem vesci licet, quantitatem & tempus metietur; &, ut inquit Hippocrates, diligenter considerabit anni tempestatem, regionem, ætatem, cæteraque hujus formæ omnia: neque, nisi excussa ratione, fis impleri concedet quibus vesci fas est: nec eandem juveni atque seni victus rationem temere præscribet, aut sano atque ægroto, aut tyroni in philosophia atque in eadem maxime provecto.

Hæc

ὅπως αὐτὸ διὰ πάντων τρέψει τε καὶ παιδάσῃ, ψυχῆς μὴν περιγιγνόμενος ΕΠΙΜΕΛΟΥΜΕΝΟΣ, διὰ ταύτην ἢ καὶ τὸ ΣΩΜΑΤΟΣ. ὅτε δὲ σωφρονήσει αὐτὸ τῆς χωμένης, ὅτε παντελῶς ἀμελήσει. αὖτε πάλιν διὰ τὴν χωμένην· ἀλλ' ὃν τάξει τῇ σωφρόνῃ, ὡς ὀρχάνῃ πιήσεται τὴν ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ, πρὸς τὴν τε χωμένης ἀρετὴν καὶ τὴν τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ ΥΓΙΕΙΑΝ ἀναφέρων. διὸ δὲ πάντα χρόνον αὐτὸ τρέψει, ἀλλ' ἀφ' ὧν δεῖ μόνων. ἔστι δὲ ἃ μὴ δεῖ προσφέρεσθαι, ὡς βαρυόντα τὸ ΣΩΜΑ, καὶ καθέλκοντα τὸ ζυμφυὲς πνεῦμα τῆς ψυχῆς πρὸς ὑλικωτέρας ἐμπαθείας, περὶ ὧν ὕστερον ὁ λόγος φησίν.

Ἀλλ' ἔργα βρωτῶν, ὧν εἰπόμην, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κείνων.—

τὰ τοιαῦτα οὖν παντελῶς παρεκτήσεται. ὧν ἢ ἔξεν προσφέρεσθαι τὴν ποσότητα, καὶ τὴν ὥραν ΜΕΤΡΗΣΕΙ, καὶ, ὡς φησιν Ἱππαρχος, ἅρμα, καὶ χώραν, καὶ ἡλικίαν παρεκτάσεται, καὶ πάντα ὅσα τοιαῦτα τύπου. ἐκ ἀνεξετάστου ὁπωσδήποτε ἐμπλακῆς, ὧν ἔξεν μεταμβάνειν, ἀεὶ δὲ κείτως νέον καὶ προσβύτην ὁμοίως διατάξῃ, ἢ ὑγιεινὸν καὶ νοσῶδη, ἢ ἀρχόμενον φιλοσοφίας καὶ εἰς ἄκρον αὐτὴν ἠκονῆσα.

παῦτα

παῦπε δὲ πάντα ζωείληφε τὸ Πυθαγορικὸν ΜΕΤΡΟΝ, τῇ θεοδίκῃ ΜΗ Σ' ΑΝΙΗΣΗ. πάντα γὰρ εἰς τὸν φιλόσοφον ἐυζωΐαν ζωτείνουσα θεὸς ἡ τὸ ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ἐπέτρεψε τῷ βραχεῖ τούτῳ ῥήματι, καὶ τοῖς θεοειρημένοις περὶ ΥΓΙΕΙΑΣ ψυχῆς ἐπήγαγε, ΟΥ Δ' ΥΓΙΕΙΑΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟ ΣΩΜ' ΑΜΕΛΕΙΑΝ ΕΧΕΙΝ ΧΡΗ· ὡς ἐκεῖ μὲν ἡ τῶ χωλοῦ ἀρετὴ παραδίδοτο, ἐνταῦθα δὲ ἡ τῶ ὀργάνου ζωτειρία. ζωάγον ἓν ταῦτα ἐκείνοις, καὶ ἐυρήσεις, ὅτις εἰ ᾧ παρηγγέλετο, τοῦτο δεῖν ποιεῖσθαι τὸ ΜΕΤΡΟΝ τὸ περὶ τὸ ΣΩΜΑ τάξεως, ΟΜΗ Σ' ΑΝΙΗΣΕΙ, ὃ μὴ ἐμποδιεῖ τὸ φιλόσοφον πρόθεσιν, ἐπωφελήσῃ δὲ τῇ ζωεργείᾳ τὸ πρὸς ἀρετὴν ὁδοδύσαν ψυχῶ. ΠΟΤΟΥ δὲ καὶ ΣΙΤΟΥ ΜΕΤΡΟΝ εἶπε, τὰς ὑπερβολὰς καὶ τὰς ἐκλείψεις ἀπαρρεῖσθαι, ὁ λόγος, τὸ δὲ μέσον καὶ ζύμμετρον ἀσπάζομενον· ὅθεν καὶ τὸ γαστρὸς κρατεῖν, καὶ ὕπνω, λαγνείᾳ τε, καὶ θυμῶ, εὐκόλως παρεμένειν. τὸ γὰρ νῦν λεγόμενον ΜΕΤΡΟΝ τὸ ἐν ἐκείνοις ἀμετρείαν κολάζει· καὶ ὑπεξαιρεῖται τὸ λυπεῖν, καὶ καθέλκειν τὸ πρὸς νῆν θεὸν ἐπειγομένην ψυχῶ. δεῖ γὰρ οὐτῶ ἀνιῶσαν πρὸς νῆν γαλήνην

ἔχειν,

Hæc vero omnia MENSURA Pythagorica complexa est, cum, NE TIBI MOLESTIAM PARIAT, adjecit. Cuncta enim quæ ad vitæ felicitatem sapientiæ studioso conferunt, verborum ista brevitate ad CORPORIS CURAM retulit: & ad ea quæ ante dicta fuerant, CORPORIS etiam VALETUDINEM NEQUAQUAM ESSE NEGLIGENDAM adjecit: ut ibi utentis virtutem significari demonstraret, hic autem instrumenti incolumitatem. Ista igitur illis conjunge, & invenies, quisquis sis cui præcipitur, eum debere MODUM exsistere regendi corporis, QUI TIBI MOLESTIAM NON ADFERAT, qui rectum vitæ institutum non remoretur, sed qui animum ad virtutem contendentem opera sua adjuvet. Quod autem POTIONIS ATQUE CIBI MODUM dixit; excessum atque defectum vetare se versus innuit; amplecti autem quod medium sit atque temperatum: unde & gulæ moderari, & somno, & veneri, & iræ nullo negotio conceditur. Quod enim hoc loco MODI nomine significatur, excessum reprimit qui in illis exsistit, doloremque non adimit tantum, sed illud etiam quod festinantem ad Deum, qui mens est, animum retrahit atque deprimit. Decet enim ipsum, cum ad mentem adscendit, tranquillum

exsi-

exsistere, nec perturbationum ventis agitari; sed habere recte composita quæ inferiora sunt, ad quietam superiorum contemplationem. hic ipse MODUS est QUI DOLOREM NON PARIET. hoc ipsum quod & ventrem simul continebit, & organi incolumitatem præstabit. Ostendet præterea animi virtutem, nec CORPORIS solvet habitum. Pars enim virtutis est, & servandi organi rationem non ignorare, & commodum reddere ad usum qui sapientiæ studioso conveniat. Quoniam autem non in ALIMENTIS tantum atque EXERCITATIONIBUS versatur CORPORIS cultus, sed multis etiam rebus aliis indiget (cujus generis vestimenta sunt, & calceamenta, & supellex varia, atque domus, qua continentur ista omnia: opus autem est in istis etiam MEDIOCRITATE, quæ luxum atque immunditiam à tota vitæ ratione removeat) non immerito subjecit;

35 UTERE VICTUS RATIONE MUNDA, QUAE DELICIIS CAREAT: 36 ET CAVE EA FACERE QUAE SUSTINENT INVIDIAM: 37 NEC SUMPTUS ALIENO TEMPORE; UT QUI RECTI IGNARUS EST. 38 NEQUE

ἔχειν ἀπὸ τῶν παθητικῶν κινημάτων, καὶ πειρᾶσθαι αὐτῇ τὰ κάτω κλῶς πρὸς τὸ ἀνώφελες καὶ ἄνωθεν θεωρίας. τοῦτο νῦν τὸ ΜΕΤΡΟΝ, Ο ΜΗ Σ' ΑΝΙΗΣΕΙ· τοῦτο τὸ κρατοῦν χαρὰς ἅμα, καὶ πλὴν τῶν ὀργάνων σωτηρίαν ποιούμενον, τὸ ἀρετικὸν ψυχῆς ὑπόδειγμα, καὶ τοῦ σώματος ἕξιν μὴ καταλύον. μέτρος γάρ ἐστιν ἀρετῆς καὶ τὸ εἰδέναι σώζειν τὸ ὄργανον, καὶ σωαρμόζειν αὐτὸ πρὸς τὴν φιλόσοφον χρῆσιν. ἐπεὶ δὲ ἐ μόνον ἐν ΤΡΟΦΑΙΣ ΚΑΙ ΓΥΜΝΑΣΙΟΙΣ ΕΣΤΙΝ ἡ τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ θεραπεία, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλων πολλῶν πρόσδει, οἷον ἱματίων, ὑποδημάτων, σκευῶν παντοδαπῶν, καὶ τῆς πάντα ταῦτα ὑποδεχομένης οἰκήσεως· δεῖ δὲ καὶ ἐν τούτοις τοῦ ΜΕΤΡΟΥ, ὃ σκυφρὸν καὶ ἀκαθαρσίαν ἐξοικίζει τῆς ὅλης ἡμῶν διαίτης· εἰκότως ἐπήγαγεν,

35 ΕΙΘΙΖΟΥ ΔΕ ΔΙΑΙΤΑΝ ΕΧΕΙΝ ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ ΑΘΥΡΤΟΝ. 36 ΚΑΙ ΠΕΦΥΛΑΞΟΥ ΤΕ ΤΑΥΤΑ ΠΟΙΕΙΝ, ΟΠΟΣΑ ΦΘΟΝΟΝ ΙΣΧΕΙ· 37 ΜΗ ΔΑΠΑΝΑΝ ΠΑΡΑ ΚΑΙΡΟΝ, ΟΠΟΙΑ ΚΑΛΩΝ ΑΔΑΗΜΩΝ.

38 ΜΗΔ' ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΟΣ ΙΣΘΙ ΜΕΤΡΟΝ Δ' ΕΠΙ ΠΑΣΙΝ ΑΡΙΣΤΟΝ.

Οὐ μόνον, φησὶν, ἐν σπίοις καὶ πόλεσιν ΜΕΤΡΟΝ καλὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ΑΠΑΣΙΝ, ὡς ἂν δι' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν ἀμέτρητα καταφεύδον. γένοιτο γὰρ ἂν ἐν ΠΑΣΙΝ, οἷς εἴπομεν, ἀμετρία πολλὴ· ἢ μὲν γὰρ πρὸς τὸ πολυτελὲς ἐξάγουσα· ἡ δὲ πρὸς τὸ ῥυπαρὸν ζωωθῆναι. ἑκάτερον δὲ μεμπτὸν, καὶ * φιλόσοφον ἦθος, ἁπλῆ σοχαζόμενον τὸ σωματικῆς εὐμετρείας. ὀπτεινομένη γὰρ καθαρειότης τρύφης καὶ μαλακία ἐνείσει· ὀπτεινομένη δὲ λιτότης ἀκαθαρσίαν καὶ ῥύπον γίνει. ἵν' οὖν μήτε ἐκεῖνο πάθωμεν διὰ καθαρειότητα, μήτε τοῦτο διὰ λιτότητα, ΜΕΣΟΙ βαίνωμεν, τὰς παρακειμένας ἑκατέρᾳ κακίας ἐκκλίνοντες, καὶ τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ ζωφρονισμὸν ποιούμενοι, λιτὴν ὅπως ὀπτησόμενοι ΔΙΑΙΤΑΝ, ὡς μὴ ἀκάθαρτον· καὶ ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ ὅπως, ὡς μὴ ΤΡΥΦΗΛΗΝ. διὸ τὸ ΜΕΤΡΟΝ προσηκόσωμεν ἐν πάσῃ τῇ περὶ τὸ ζῶμα κατασκευῇ ἁπλοῦν ἐκλεγόμενοι ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ ΑΘΡΥΠΤΟΝ· καὶ πᾶν ὅπερ περὶ τὸ

* χρῆ

38 NEQUE TAMEN ESTO SORDIDUS. IN OMNIBUS AUTEM MODUS ERIT OPTIMUS.

Sit mundus victus; sit luxus sed tamen exsors.
Quæcunque invidiam pariunt, vitanda putato;
Et sumptus vanos, recti quos nescius audet;
Et sordes. Præstat quavis modus optimus in re.

Non solum, inquit, in cibo & potu MODUS bonus est, sed QUIBUS LIBET etjam aliis in rebus; tanquam iis liberet quæ vel excessu vel defectu peccantur. Possunt enim in omnibus quæ diximus multa fieri præter MODUM; partim quidem cum ad luxum abducimur, partim vero cum ad sordes compellimur. Est vero utrumque vituperandum, nec philosophi moribus congruum: immo vero à recta etiam corporis moderatione alienum. Abit enim in luxum atque mollitiem munditia quæ nimia est: in sordes autem atque spurcitiem, tenuitas quæ summa. Ut illa igitur minime patiamur propter munditiem, nec ista etjam propter tenuitatem; medii incedamus, adjacentia utrique vitia declinantes, & altero in alterius remedium utentes: ita nimirum VICTUS tenuitatem amplexi, ut sordibus careat; ita rursum MUNDITIEM, ut à DELICIIS remota sit. MODUM igitur in rebus omnibus quæ

corporis nomine molimur imprimis adhibeamus: non vestitum solum eligentes qui MUNDUS sit, ATQUE DELICIIS CARENS; sed quodlibet etiam aliud quod ad ipsum pertineat. Decet enim, quia rationis particeps animus corpori moderatur, omnia etiam quæ corporis sunt cum duce ratione congruere, quæ nec LUXUS, nec SORDIUM patiens, omnia judicat suæ dignitati consentanea esse debere. Ne ergo ad sumptuosorũ usum pertrahatur, quod DELICIIS caret amplectitur. Ne deinde sordibus rerumq; deformitati adsuescat, MUNDITIAM eligit. Verbi gratia, vestimenta quidem nequaquam vilia, sed MUNDA. supellectilem non auream, non argenteam, sed ex parabili materia confectam. non domum fulgentem lapidibus exquisitis, non eximia pulchritudine atque magnitudine constructam, sed corporis usui congruam atque respondentem. Omnino autem MUNDITIES in tota VICTUS ratione DELICIAS, tanquam præter usum sint, respuit: admittit vero quod deliciis caret, tanquam necessitati subserviat. Nam & vestimenta, & domus, & supellex omnis, tum demum sui usum præbent optime, cum apta mundaque sunt. Quid enim magna lance opus est, si parum sit opsonii? quid immunda, si opsonium labefactet? Quid domo etiam illis ampliore quam usus postulat,

qui

τὸ σῶμα ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ ΑΘΡΥ-
ΠΤΟΝ ΕΧΕΙΝ ἐθέλοντες. πρέπει γὰρ,
λογικῆς ψυχῆς τὸ σώματος ἡγεμόνος, καὶ τὰ
περὶ τὸ σῶμα πάντα σωτερπέσθαι πρὸς τὸν
ἡγέμονα λόγον, ὅσις ἔστε ΤΡΥΦΗΣ, ἔστε
ΑΚΑΘΑΡΣΙΑΣ ἀνέξεται, τῇ καθ' αὐ-
τὸν ἀξίᾳ πάντα δεῖν ἐπὶ λογιζόμενος ΣΥΜ-
ΜΕΤΡΑ. ἵν' ἂν μὴ περίελκοιτο ὑπὸ *κτίσιν ὑπὸ * χ'
πολυτελῶν, τὸ ΑΤΡΥΦΟΝ ὀπτᾶσθαι. ἵνα χρῆσιν ἢ
ὑ μὴ ῥύπῳ καὶ ὑλικῇ ἀμορφίᾳ σωοικῇ, τὸ ἕξιν
ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ ἐκλέγεσθαι. οἷον, ἱμάτιον
ἐ λεπτὸν μὲν, ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ δὲ σκέπη
ἐ χρυσᾶ, ἀσὲ ἀργυρᾶ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐυπρεπεστά-
τῶν ὑλῶν ΚΑΘΑΡΕΙΑ· οἰκίαν ἐ πολυτελεστ
λίθοις κατεσκευασμένην, ἀλλὰ σεμνοπρεπῶς εἰς κάλ-
λος καὶ μέγεθος ἐξειργασμένην, ἀλλὰ ζύμμε-
τον τῇ τοῦ σώματος χρείᾳ. ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ
ὑ ὅλως περὶ ΠΑΣΑΝ ὑπὲρ ΔΙΑΙΤΑΝ
τὸ μὲν ΤΡΥΦΗΛΟΝ, ὡς ἔξω τῆς χρείας,
ἀρνεῖσθαι τὸ ὑ *ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ, ὡς μάλιστα ὑπὲρ * χ'
χρείαν ἀποπληροῦν, ἐγκρίνει. καὶ γὰρ ἱμάτιον, καὶ ΑΘΡΥ-
οἶκος, καὶ σκεῦος ἅπαν τότε ὑπὲρ αὐτοῦ χρείαν κα- ΠΤΟΝ.
λῶς παρέχεσθαι, ὅταν ζύμμετον ᾖ καὶ τὸ ΚΑΘΑ-
ΡΕΙΟΝ. τί γὰρ μεγάλως δεῖ πίνακος εἰς μι-
κρὸν ὄψον; τί δὲ ῥυπαρὸν μέλλοντος ἀφανιεῖν τὰ
ἄψον; οἷος δὲ ὑπὲρ ὑπὲρ χρείαν τί δεῖ τοῖς μέλλου-

σιν ἐν μιᾷ γωνίᾳ αὐτὸ κεῖσθαι; τί δ' ἀναβάλλῃ τὴν τῆς οἰκήσεως χρείαν ὁ παρέλκουσας; τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὅλῃ τῇ ἄλλων ἐυρήσεις ἐναντίεωδεν ἄ-χρηστον ὄν, τὸ μὴ μιᾷ τῶ ΑΤΡΥΦΩΥ ΚΑ-ΘΑΡΕΙΟΝ. ἅμα γὰρ ὑπερέλη τὸ ΜΕ-ΤΡΟΝ τῆς χρώας, καὶ εἰς τὸ ἄπειρον προῆλ-θε τῆς ὀπιδυμίας. Διὸ πάντα τὰ περὶ τὸν βίον μεμερίηθω σοι τῶς μεσότησι τῶς διαφυ-γούσας τὰς παραπεμπούσας * αἰτίας. ΕΙΘΙ-ΖΟΥ ΔΕ ΔΙΑΙΤΑΝ ΕΧΕΙΝ, φησὶ, ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ. εἶτα ὁρῶν πῶς εἰς ΤΡΥΦΗΝ ἔκπωσιν, προσέθηκεν ΑΘΡΥΠΤΟΝ· καὶ εἰ ΑΘΡΥΠΤΟΝ * ἐπειδὴ προσειρήκει, * εἰ δὲν ἂν τὶ εἰς ῥᾴστην ἀπόπωσιν, ἐπήγαγε ΚΑΘΑΡΕΙΟΝ· ἀεὶ τὸ πάμαλος ἀνέχων τῇ τῦ ἑτέρυ πρὸς τὸ ἕτερον ἀντιδέ-σει, ἵν' ἐξ ἀμφοτέρων ἀνδρώδης ἡ ΔΙΑΙΤΑ ᾖ, καὶ λογικῶ ζάφ πρέπουσα. ὅταν δὲ τάξαν-τες τὸν βίον, καὶ ἄλλο τι ἐπόμθμον μέγα ἀγαθὸν ἕξομθ. τὸ γὰρ ὀπιφυόμθμον τοῖς ὑπερβάλλουσι φθόνον διαφύγοιμθ ἂν, τῷ μηδὲν ἄγαν κι-νοῦντες καθ' ἡμᾶς αὐτὴν τὴν ζυμπολιτάδο-μθμον, ὥστε νῶν μὲν μεσᾶν, ὡς ΤΡΥΦΩ-ΣΙΝ ἡμῖν· νῶν δὲ μέμφεδζ, ὡς ῥυπῶσι. καὶ ὁτὲ μὲν ὡς ἀσώτοις ἐγκαλεῖν, ὁτὲ δ' ὡς μικρο-λόγοις. πᾶσι γὰρ τοῖς τοιούτοις ἔστι παρὰ τὴν

qui unico ejus angulo capi possunt ? quid sordida, quæ habitationis usum non præbeat? Id ipsum vero in cæteris etiam utrinque inutile reperias, quod SORDES cum LUXU non vitat. Simul enim MODUS in usu præteritus est, & ad cupiditatum immensitatem delatus. Quo fit, ut omnia in vita ejusmodi MEDIIS tibi metienda sint, quæ vitia declinent adjacentia. ASSUESCE AUTEM VICTUI MUNDO, inquit. Postea vero, cum proclivitatem ad DELICIAS animadverteret, qui LUXU CAREAT adjecit. Quod si LUXU CARENTEM prius dixisset; quia videbat etiam ad SORDES deveniri facile, MUNDUM quoque addidisset, alterius oppositione proclivitatem alterius perpetuo retinens, ut ex ambobus præstans VICTUS RATIO, & homine digna constaret. Ita ergo si vitam nostram instituamus, & aliud quoddam ingens bonum ipsi consequemur. INVIDIAM enim, quæ summis rebus adnascitur, hac ratione vitabimus, si NE QUID NIMIS intuentes, eos quibuscum degimus ita adversum nos non excitemus, ut nunc quidem nobis indignentur, tanquam LUXU diffluamus; nunc vero arguant, tanquam sordes amplectamur : Reprehendant etiam aliquando, tanquam nequiter profusos ; & aliquando, etiam tanquã in minima inquirentes. Tales enim omnes exc essus nomine ab

iis quibuscum degunt argui certum est. Nam hoc ipsum est quod nunc INVIDIAE vocabulo significat; tanquam EA FACERE prohibeat QUAE INVIDIAM SUSTINEANT, id est, quæ justam habeant vulgo reprehensionem. Sunt vero non immerito ex vulgi etiam sententia vituperatione digna LUXUS & SORDES in VICTU: in pecuniarum autem usu, profusio atque tenacitas. Ostendant igitur in rebus externis omnibus prudentem animi habitum, ET MODUM IN OMNIBUS OPTIMUM liberalitas atque mediocritas. Decet enim, quantum potest, ab iis quæ INVIDIAM pariunt eum abstinere qui tranquillitatis amator est; nec illam, tanquam feram, provocare: quo in iis liceat quæ honesta sunt nulla perturbatione promovere. Vitam autem sine INVIDIA degemus, si tenuem & sordibus carentem amplectamur; sique fastum illum reprimamus qui ex decori ignoratione proficiscitur; unde mala duo nascuntur, rerum profusio scilicet, atque parsimonia intempestiva: quorum alterum dissoluti quidem animi est, alterum vero angusti atque parvi. Sed utrumque declinat liberalitas, quæ in dandis accipiendisque pecuniis occupata, eo quod decet in facultatibus atque impensis reperto, externa omnia rectæ rationi subjecit atque copulavit.

Atque

ΜΗ δ' ζυζώντων ἢ ὀδὶ τῇ ΑΜΕΤΡΙΑ μέμ-
ψις. τοῦτο γὰρ νῶν ὁ ΦΘΟΝΟΣ δηλοῖ, ἵν' ᾖ
τὸ λεγόμενον· περύλαξο τοιαῦτα ποιεῖν, ὁπό-
σα ΦΘΟΝΟΝ ΙΣΧΕΙ, ἤγουν μέμψιν· ἔυ-
λογον ἔχει παρὰ πολλῶν. μεμπτὰ γὰρ καὶ
λόγον καὶ τοὺ πολλὰς ἐν μὲν τῇ ΔΙΑΙΤΗ
ΤΡΥΦΗ καὶ ῥᾳθυμίᾳ, ἐν δὲ τῇ δαπάνῃ χρημά-
των, ἀσωτία καὶ μικρολογία. διὸ ἐλαθεσθε τῆς
καὶ ΣΥΜΜΕΤΡΙΑ δεικνύτω δὲ ΜΗ ἐκτὸς
πάντων τὰ ἔμφρονα τῆς ψυχῆς * κλῆσιν, καὶ τὸ * χ' ἕξις
ΜΕΤΡΟΝ τὸ ΕΠΙ ΠΑΣΙΝ ΑΡΙΣΤΟΝ.
Δεῖ γὰρ, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, ΜΗ ΕΠΙΦΘΟΝΩΝ
ἀπέχεσθαι τὰ ἡσυχίας ἐρῶντα, καὶ μὴ ἐρεθίζειν,
ὥσπερ τι θηρίον, τὸν ΦΘΟΝΟΝ, ἵν' ἀθορύ-
βως ἐξῇ σωφρονεῖν τοῖς καλοῖς. ΑΝΕΠΙ-
ΦΘΟΝΟΝ δὲ ζωὴν ὀπτησάμενον, ΛΙΤΗΝ ΚΑΙ ΑΡΥΠΟΝ ΔΙΑΙΤΑΝ ΕΧΟΝΤΕΣ, καὶ τὰ τῆς ἀπειροκαλίας τύφον ἐκκλίνοντες, ἐξ ἧς ἀποβλαστάνει δύο κακὰ, δα-
πάνη τε, καὶ φειδὼ χρημάτων ἄκαιρος. ὧν τὸ
μὲν εἰς ὑποψίαν διαβάλλει· τὸ δὲ εἰς μι-
κροψυχίαν. ἑκάτερον δὲ τούτων ἡ ἐλαθεσθε τῆς
ἐκφεύγει, ἀρετὴ περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆ-
ψιν ὑπάρχουσα, καὶ τὸ δέον ἐν προσόδοις
καὶ δαπάναις ἐυείσκουσα, καὶ πρὸς τὸν
ὀρθὸν λόγον πάντα τὰ ἐκτὸς ζωώσασα.

τὸ σωῦ τα

τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς ζώσεως, καὶ περὶ τῆς τοῦ ἑνὸς ἀεὶσης χρύσεως περιλοσόφου ἐν τοῖς ἔπεσιν, ὅπως ἂν διὰ τούτων τὸ τῆς ἀρετῆς διαφαίνῃ κάλλος. κεφάλαιον δὲ πάντων ποιεῖται τὸ ἑξῆς παράγγελμα.

39 ΠΡΑΣΣΕ ΔΕ ΤΑΥΘ' ΑΣΕ ΜΗ ΒΛΑΨΗ. ΛΟΓΙΣΑΙ ΔΕ ΠΡΟ ΕΡΓΟΥ.

Πολλάκις ἐχρήσατο τῷ τοιούτῳ λόγῳ, ὁτὲ μὲν εἰπὼν,

Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ ἀνιήσει· ὁτὲ δὲ,

Μέζον δ' λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει· καὶ,

Μηδὲς μήτε λόγῳ ζε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ὄζει.

τούτων ἓν ἁπάντων ζωόφυν ποιεῖται ἐν τοῖσδε καὶ μίαν ζυγκεφαλαίωσιν ὁ λόγος, ἀπαρεδρεύων μὲν τῷ βλαβερῶν πάντα παραδοκιμάζειν· τῷ δὲ ἐπωφελῶν εἰσηγεῖσθαι τε καὶ ἐνέργειαν γίνεσθαι δὲ κατὰ τούτων διάκεισιν ἐν τῷ ΛΟΓΙΖΕΣΘΑΙ ΠΡΟ ΕΡΓΟΥ τί πρακτέον, καὶ τί μὴ πρακτέον· ὁ γὰρ τῆς εὐβουλίας καιρὸς ἐν τῷ ἀπερλήπτῳ τῶν ΠΡΑΞΕΩΝ παρεγίνετο. κἂν ταῦτα δὲ πάλιν τῶν,

A

Atque hæc quidem sunt quæ de corporis externarumque rerum usu optimo in versibus philosophatus est; ut virtutis pulchritudo per ea nota sit. Omnia deinceps præceptum quod sequitur uno capite complectitur.

39 EA PORRO FACITO QUAE TIBI NON NOCEANT: ET CONSIDERA PRIUS QUAM FACIAS.
Fac quæ non lædant: consulto resque geratur.

Ejusmodi verbis sæpe usus est. eo quidem loco, ubi dixit;
Effice quin potius nequeant quæ facta dolere. Et alibi;
Ipse modum dico, qui te non læserit ipsum.
Et alibi etiam;
Nil tibi vel verbo quisquam male suaserit, aut re,
Ut facias dicasve nocens quo tu tibi sias.
Ea igitur hoc loco in unum collecta ante oculos ponit, suadens ab his abstinere quæ damnosa sunt, facere autem quæ utilia; quorum eo tempore recta distinctio futura sit, quo ANTE OPUS quid FACIENDUM sit vel non FACIENDUM, AGITABITUR. Est enim tum consilii tempus idoneum, cum res sunt adhuc integræ. Cæterum & hic quod dixit, QUAE TE NON LAEDANT, eadem ratione explicabimus atque illud,

Tibi

Tibi quæ nil facta dolebunt; TE illud de vero homine, atque rationis participe natura intelligentes, deque eo qui sapientiæ studium amplexus sit, & qui Deo fieri similis contendat. Quem nihil fugiat quod sit præter rectam rationem, quod præter legem divinam, quod Deo similes fieri prohibeat. Solent vero quæ sunt ejusmodi nobis augeri eorum familiaritate quibuscum vivimus; corporis præterea moderatione, cum quo sumus copulati; & facultatibus etiam ipsis, quæ auxilii causa repertæ, ideo χρήματα nuncupari solitæ sunt, quod corporis usui subserviant. Significat ergo huic esse diligenter cavendum qui divinorum bonorum cupiditate ducitur, ne eo adducatur, ut quicquam ipse faciat quod in suam utilitatem non cedat; nec corpori indulgeat aliquid ex quo postea dolorem percipiat: nihil denique amplectatur quod à sapientiæ studio animum avocet, cujusque ipsum paulo post pœniteat. Decet enim hæc omnia præmissa ratiocinatione nos propellere, ut eorum quæ fecimus commemoratio jucundissimam illam nobis pariat recordationem, ad quam deinceps adhortatur.

40 NEC SOMNUM MOLLIBUS OCULIS PRIUS ADMITTAS,
41 QUAM

Α ΣΕ ΜΗ ΜΕΤΕΠΕΙΤ' ΑΝΙΗΣΕΙ.

τὸ ΣΕ χ' τῦ ὄντ Θ ἀνθρώπε, ϗ τῆς λογικῆς
ὑσίας πάντοντες, ϗ χ' τῦ φιλοσοφεῖν πεφυ-
κημένε, ϗ τ' πρὸς θεὸν ὁμοίωσιν κλήσεσθαι
πεδέοντ Θ. πᾶτον δὲ βλέπειν πᾶν τὸ παρὰ τ'
ὀρθὸν λόγον· πᾶν τὸ παρὰ τ' θεῖον νόμον· πᾶν
τὸ πρὸς τ' θείαν ὁμοίωσιν ἐμποδίζον. πέφυκε
δὲ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν ὀλισθαίνειν ἐν τῇ κοινω-
νίᾳ τ' συζώντων, ϗ τῇ διοικήσει τῦτε ζωπυ-
ρῆσαι ζώμαπ Θ, καὶ πρὸς βοήθειαν
ἐξορμῆσαι χρημάτων· ἃ δὴ χρήματα κα-
λεῖν ἔθ Θ, ὡς πρὸς τ τῦτε χρείαν ἐκκεί-
μενα. διὸ λαβεῖν δεῖ χρῆναί φησιν ὁ λό- * χ' ἓν
γος τ' ἐρωτικὸν τ' θείων ἀγαθῶν, μήποτε ἀνα-
πεσθῆ πρὸς αὐ π, ὃ μὴ βέλτιον αὐπῷ ϗ ὅπως
μὴ χρείσηΘ τῷ ζώμαπ, ἐξ ὧν αὐτὸς ἀνιά-
σηΘ· μηδὲ πρόσδεξηται τι βλάπτον πλὴ φι-
λόσοφον ὁρμὴν, ἐφ' ᾧ μικρὸν ὕστερον μεταμε-
λήσεΘ. ταῦτα γὰρ πάντα τῷ σφαλερισμῷ
διωθεῖσθαι ἡμᾶς προσήκει, ἵν' ὁ ἀπολογισμὸς
ᾖ εἰργασμένων ἡμῖν ἡδύτερον ἔχῃ τ' ἀνάμνη-
σιν, ὧν ἐξῆς ποιεῖσθαι παρακελεύεται.

40 ΜΗΔ' ΥΠΝΟΝ ΜΑ-
ΛΑΚΟΙΣΙΝ ΕΠ' ΟΜ-
ΜΑΣΙ ΠΡΟΣΔΕΞΑΣΘΑΙ,
41 ΠΡΙΝ

ΗΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΕΙΣ ΤΑ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΑ ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ.

41 ΠΡΙΝ ΤΩΝ ΗΜΕΡΙΝΩΝ ΕΡΓΩΝ ΤΡΙΣ ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΠΕΛΘΕΙΝ. 42 ΠΗ ΠΑΡΕΒΗΝ; ΤΙ Δ' ΕΡΕΞΑ; ΤΙ ΜΟΙ ΔΕΟΝ ΟΥΚ ΕΤΕΛΕΣΘΗ; 43 ΑΡΞΑΜΕΝΟΣ Δ' ΑΠΟ ΠΡΩΤΟΥ ΕΠΕΞΙΘΙ ΚΑΙ ΜΕΤΕΠΕΙΤΑ 44 ΔΕΙΝΑ ΜΕΝ ΕΚΠΡΗΞΑΣ ΕΠΙΠΛΗΞΣΕΟ· ΧΡΗΣΤΑ ΔΕ, ΤΕΡΠΟΥ.

Ἐν τοῖς δὲ λογιζόμενος τὸ ὅλον παρ' ἀγγελμάτων ἄθροισόν μοι τὸ γνώμιον, ἵνα τῷ *ἴσῳ τῆς ψυχῆς δικαστηρίῳ πρὸς ταῦτα, ὡς πρὸς θείας νόμους, ἀποβλέπων, ποιῇ μὴ εὖ ἢ κακῶς πεπραγμένων τὴν ὑπόκρισιν. πόθεν γὰρ ὁ ὑπολογισμὸς ἕξει δεινὰ μὲν εἰργασμένους ἡμᾶς ὑποσιωπῆσαι, χρηστὰ δὲ πεφύκαμεν ἐπαινεῖν; εἰ μὴ ὁ πρὸς λόγους νόμους πᾶς λαβοὶς καθ' ἓς πρόσκειται τὴν ζωὴν τάττειν, καὶ πρὸς τούτους τὸ τῆς ζωοδότεως ταμιεῖον, ὡς πρός τινα σκοπὸν, ἀποβλέπειν τὸ ὅλον ἡμῶν βίου· ὅσημέραι δὲ ποιεῖσθαι τοιαύτην εἴσπραξιν, ἵνα τῇ ζωοχεῖ τῆς μνήμης τὸ τῆς χρίσεως ἀπλάνες

* χ' ἔσω

41 QUAM DIURNA OPERA SINGULA TER RECENSUERIS. 44 QUA SUM TRANSGRESSUS? QUID FECI? QUID NON FECI QUOD IPSE DEBUI? 43 INCIPIENS AUTEM A PRIMO, ILLA PERCURRE: ET TURBARE 44 POSTEA MALIS ADMISSIS; LAETARE AUTEM BONIS.

Mollia nec prius admittant tua lumina somnum,
Exacta quam ter reputaris cuncta diei:
Quæ prætergressus? quæ gessi? quæ male omisi?
Singula percurrens à primo facta, quibus tu
Vel pravis doleas, capias vel gaudia justis.

Hoc loco mentem omnium quæ superius præcepta sunt mihi colligito; ut in ea, tanquam in divinas leges, intuens, interiore animi judicio, eorum quæ bene vel male gesta sunt examen facias. Unde enim malis admissis, mordere nos queat commemoratio, vel laudare patratis bonis; nisi meditatio quæ præcessit leges quasdam admittat, ex quarum institutto vitam deceat componere, & ad eas conscientiæ abdita, tanquã ad scopũ aliquem, toto vitæ nostræ spatio dirigere? Ideo autem singulis diebus examen istud fieri postulat, ut assidua recordatione judicii certi-

certitudo servetur incolumis. Ideo etiam vesperi, SOMNIQUE appetente tempore, ut DIURNARUM actionum extremum conscientiæ tribunal constituamus, Deoque ipsi affectionum examen in canticum edamus; quod lectum petentibus eidem par est recitari; QUO VENTUM MIHI? QUID GESSI? QUAE DEBITA TEMPSI? Ita enim vitam nostram regulis quæ superius traditæ sunt metiemur, si ad legislatricem mentem judicemi rationem adjungamus. Quid igitur jubet legislatrix? Eos honorare qui naturæ sunt præstantioris, pro cujusque ordine. Parentum, cognatorum permagnam habere rationem. Probos viros amplecti atque amare. Corporeis viribus superiorem se præbere. Suiipsius ubique pudore affici. Justitiam colere. Divitiarum, vitæque quotidianæ proclivem amissionem prænosse. Sortem amplecti quæ divino judicio cecidit. Lætari autem spiritibus Deo convenientibus; & ad id quod præstantius est mentem convertere. Sermonis studium colere, qui vero sermo sit; non patere fraudibus; non facto esse animo in virtute servanda. Nihil nisi consulto agere; ut foris non sequatur pœnitentia. Temerarias opiniones purgare. Vitæ persequi rationem, quæ scientia regatur. Corpus ipsum & quæ externa sunt

ad

ἀπλανὲς διαιώνιον. Θεὸς ἑκάτερον δὲ, καὶ εἷς
ΤΙΝΟΝ * περὶ πάντων; ὅπως ἂν πέρας τῆς * ἢ περὶ
μεταπιπτούσης φύσεως τὸ τῆς ζωῆς εἰδῶσιν πολλοῖς;
καὶ βέλτιστον, ὃ καὶ κοινὸν ἅμα θεῶν ἢ περὶ
τε καὶ ἀνθρώπων ἀνάκειται πᾶσιν, ΠΗ μένης
ΠΑΡΕΒΗΝ; ΤΙ Δ' ΕΡΕΞΑ; ΤΙ
ΜΟΙ ΔΕΟΝ ΟΥΚ ΕΤΕΛΕΣΘΗ;
ἵνα δὲ παραμυθήσωμαι τὸν ἐαυτὸν ζῶλον
τοῖς παρὰ δόξαν γένεσι, τῷ νομοθέτῃ νῷ
τε καὶ λόγῳ ὑπακούοντες. τί ἂν ὁ νο-
μοθέτης λέγοι; πρῶτον τὸν φύσει κρείττονας, καὶ
τὴν ἐπαθλον αὐτῆς τάξιν. γονέων καὶ συγγενῶν
πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον. τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα
ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν. τῆς σωματικῶν ἡδονῶν
ἀπέχειν· ἑαυτὸν αἰδοῖον παντὶ τρόπῳ. δι-
καιοσύνης ἐπιμελεῖσθαι. ἔργων, καὶ τῶν ἐφη-
μέρων ζωῆς ἀπείργεσθαι τὸ ἔνυφθαρτον. τὸν
ἀπὸ τῆς θείας κείσεως ἀπογεμισθέντα κλῆσιν
ἀσπάζεσθαι· διαφερεῖ δὲ χαίρεσθαι φρενή-
ματι, καὶ πρὸς τὸ εἶλπον μεθιστάναι τῆς γνώ-
μης. φιλολογίαν ἀσκεῖν τῶν ὄντως λόγων. ἀν-
εξαπάτητον εἶναι, καὶ ἀδέλητον πρὸς τῆς ἀρε-
τῆς πίρησιν. εὐκολίᾳ πρὸς τὰ ἔργων χρῆ-
σθαι, ἐξ ἧς τὸ ἀμεταμέλητον ἐν τοῖς ἔξω πα-
ρέχηται. ὀλίγοις καταρκεῖσθαι τῆς ὀπισημονι-
κὴν μεταδιώκειν βίον. τὸ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς

πρὸς δὲ τὴν ἀρετῆς ἐνέργειαν μεταβιβάζειν
ταῦτα ὁ νομοθέτης νῦς διαθεσμοθετεῖ τῇς
ψυχαῖς. ὁ δ' ὑποδεξάμενος αὐτὸ λογισμὸς,
διηγεῖται ἄχρι νῦν ἑαυτῷ γινόμενος. ΠΗ ΠΑ-
ΡΕΘΗΝ; ΤΙ Δ' ΕΡΕΞΑ; καὶ ἐν
τάξει τὸν μνήμιον ἀναλαμβάνων ἀρετῆς ἕνεκα. εἶτα εὑρὼν ἑαυτὸν συμφώνως τοῖς θεοκλυ-
μένοις ὅροις διιερμόσαντας τὴν θείας εὐφρο-
σύνης τοῖς καρποῖς ἀναθεῖ. παρὰ μέλον δὲ τὰ
παρέξαντα φορήσας, ὅσους ποτὲ φαρμάκοις
ταῖς ἐκ τῆς μελαγχολίας νυθετήσιν ὀπτεύει.
Διὸ τὸν ΤΥΠΟΝ ἀποκρύσασθαι δεῖν φησὶ
τὴν παρθυμίαν τοῦ λογισμοῦ. ἀνέξεσθαι δὲ τὸ σῶμα,
μὴ κατασυρόμενον ὑπὸ τῆς τοῦ θανατᾶν ἀ-
θάσιας, διὰ τὴν σύφορον θέωσαι, ἢ ἵνα μὴ τὰ
ἀναγκαῖα πάθη τοῦ λογισμοῦ ἡμερμία σωπάλ-
πεται. μὴ ΠΡΟΣΔΕΞΑΣΘΑΙ γὰρ φησι
ΤΟΝ ΤΥΠΟΝ, ΠΡΙΝ ΤΩΝ ΗΜΕ-
ΤΕΡΙΝΩΝ ΕΡΓΩΝ ΛΟΓΙΣΑΣΘΑΙ
ΕΚΑΣΤΟΝ. ἐν τίς ὁ ΛΟΓΙΣΜΟΣ; ΠΗ
ΠΑΡΕΘΗΝ; ΤΙ Δ' ΕΡΕΞΑ; ΤΙ
ΜΗ ΔΕΟΝ ΟΥΚ ΕΤΕΛΕΣΘΗ;
διηχῶς γὰρ ἀμφιτάνοιεν· ἢ τὸ μὴ δέον ποιήσαν-
τες, ἢ διὰ τὸ ΠΑΡΕΘΗΝ διηλθεν· ἢ τὸ
ΜΗ ΔΕΟΝ ΠΟΙΗΣΑΝΤΕΣ, ὡς ἐπ'
αὐτῆς κεῖται λέξεως. ἄλλο γὰρ ἁρμόττα τὸ καλῶ-

ad virtutis actiones idonea reddere. Leges ista sunt quæ à mente in animis hominum sanciuntur: quæ cum ratio admisit, judex ipsa sui vigilantissimus efficitur; eaque ordine virtutis nomine memoria repetens, QUA A SE IT PRAETERGRESSA, QUIDQUE FECERIT, disquirit. Postea, si seipsam agnoscat juxta superiores regulas diem exegisse, divinæ lætitiæ corona donat. Sin autem præter rationem factum deprehendat aliquid, monitis se post pœnitudinem, tanquam pharmacis, reprimit. Quo fit ut rationis alacritate SOMNUM repelli oportere significet. Id autem facillime corpus esse toleraturum, si dormiendi necessitate non urgeatur, per victus temperantiam; per quam & ipsi etiam necessarii affectus imperio rationis subjiciuntur. NON enim, inquit, SOMNUM EXCIPIAS, PRIUSQUAM DIURNA OPERA SINGULA examinaris. Verum quod fuerit examen? QUA A SUM TRANSGRESSUS? QUID EGI? QUID FACERE DECUIT QUOD NON IPSE FECERIM? Peccamus enim duplici ratione; vel cum FACIMUS QUOD NON DECET, quod TRANSGRESSIONIS verbo significatur; vel CUM NON FACIMUS QUOD DECET, sicuti verbis exprimitur.

Aliud enim est ab eo cessare quod honestum est, & aliud id facere quod turpe. Ibi quidem prætereundo, hic autem admittendo peccatur. Verbi gratia, decet bene precari, non autem convitiis afficere. Decet item parentes alere non arcere contumeliis. Præstat igitur QUAE DECET, qui facit quæ priora sunt: facit autē QUAE NON DECET, qui altera: licet utraq; ratione quadā ad idem peccandi genus referantur. Hortatur autē ut operū nostrorū examen à principio, nullis eorum quæ media sunt prætermissis, ordine faciamus, quod PERCURRENDI verbo significavit. Fallit enim judiciū sæpissime ordinis perturbatio, & efficit ut quod male patratum est, memoriæ confusionē libenter excūset. Affert præterea DIURNAE vitæ recordatio ea quæ gessimus ante commemorandi solicitudinē, nostræque sensum immortalitatis. Est deinde admiratione dignū, quod cum expendenda singula præcipiat, quid recte, quid eorū quæ decuit gestum sit, perpendendum non monuit; sed ad id quod tumoris minus haberet memoriam traduxit, ut eorum quæ peccata sunt judicium faceret. Judicem præterea adhibuit æquissimum simul atque commodissimum, conscientiam nimirum, rectamque rationem, atque etiam seipsum, cujus omnium maximè pudere superius quemque voluit. Quis enim ita alium alius, atque se quisque commonefacere valeat?

Quod

καὶ ἄλλο ἐνέργεια τῶν αἰσχρῶν. καὶ τὸ μὲν τῆς παρα-
λείψεως κακίζει· τὸ δὲ τῆς παραδοχῆς. οἷς, εὐχε-
σθαι δεῖ, καὶ βλασφημεῖν ἃ δεῖ· πρέπειν γονέας
δεῖ, παιδαγωγεῖν δὲ ἃ δεῖ. ὧν τὰ μὲν πρόσεστι
ποιῶν, τὰ ΔΕΟΝΤΑ ποιεῖ· ὁ δὲ τὰ δίχα προσ-
ποιῶν, ΤΑ ΜΗ ΔΕΟΝΤΑ ποιεῖ. εἰ καὶ
ἀμφότερα πρόπον πρὸς τὴν ἴσην παρανο-
μίαν ἔχει. πῶς δὲ ἀναμέτρησιν τῶν ἡμετέ-
ρων ἔργων παρεινεῖ ποιεῖσθαι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἕως
τελευταίου ἐν τάξει, μηδὲν παραλείπουσα τῶν μέ-
σων· ὁ διὰ τοῦ ΕΠΕΞΙΘΙ νοεῖ. πολλάκις γὰρ
ἡ μετάθεσις παρολισθάνει τῷ κείσιν, καὶ
εὐαπολόγητον ποιεῖ τὸ κακῶς εἰργασμένον τῇ
ἀταξίᾳ τῆς μνήμης. καὶ ἄλλως δὲ ἡ τῆς ΚΑΘ-
ΗΜΕΡΙΝΗΣ ζωῆς ἀνάμνησις μελέτη
λίνει τῆς τοῦ πεπραγμένου ἀναπολήσεως,
καὶ τῆς ἀθυμασίας ἡμῶν σωτήριον. καὶ τὸ
θαυμαστὸν, κομίσασθαι ΕΚΑΣΤΟΝ εἰ πῶς
ἂν ἐπήγαγε, τί κατώρθωσα; τί μοι τῶν δεόντων
πέπρακται; ἀλλὰ εἰς τὸ ἀνυφότερον τῆς μνή-
μης μεθήρμοσε, τῶν ἡμαρτημένων τῆς κείσιν
ποιήσασθαι. καὶ δικαίως ἐπέστησε τῷ δικαιότα-
τον ἅμα καὶ οἰκειότατον, τὸ σωφρονοῦν αὐτὸ,
καὶ τὸ ὀρθὸν λόγον, καὶ αὐτὸν ἑαυτῷ, ἂν πάντως
μάλιστα αἰδεῖσθαι προσπαιδαγωγεῖν τις δύ-
νατο. νυθετῆσαι γὰρ ἄλλον, ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν

τὸ γὰρ αὐτεξούσιον τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς φύσεως ἀποχρώντως ἀποδείξαντες τὰς παρ' ἡμῶν συμβολὰς, ὅταν μὴ ἐθέλωμεν δεδεγ. ὃ δὴ οἰκοθεν λοιμοὺς αὐτοὺς ἑαυτῶν κεκτῆσθαι ἀνάγκην ἔχει. τοῦτον ὁπόθεν ἡμῖν ὁ θεὸς ἐπέστησε τοῦτον παιδαγωγὸν ἢ διδάσκαλον. τοῦτον καὶ ὑμῖν δικαίως ὁ λόγος τῶν ΗΜΕΡΙΝΩΝ ΕΡΓΩΝ ποιεῖ, καὶ παρ' αὐτῷ τῷ κείσῃ ἐλεγχε, ἵν' αὐτὸς ἑαυτῷ ψηφίσῃ τὸ ἀποδεκτῶς, ἢ ὀπτήξεως ἄξιον. ὅταν γὰρ, ὡς ἐν γράμματι, τῇ μνήμῃ ἀναγνῷ τὰ πεπραγμένα, τότε πρὸς τὸ παράδειγμα βλέπων τὸν νόμον, ψηφίζε πῶς, ἢ ἀτιμίας ἑαυτὸν ἄξιον. ἢ δὲ τοιαύτη καθ' ἡμέραν παρακολούθησις θεοειδὲς ἄγαλμα τῶν χρωμένων ἀποτελεῖ, προσήκως καὶ ἀφαιρέσεσι πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς κάλλος παιδαγωγήσασα, καὶ, ὡς οἷόντε, ἄνθρωπον ἀγαθὸν ἀποτελέσασα. εἰς τοῦτο γὰρ κατέληξεν ὁ λόγος μέλλων μεταβαίνειν ὅθι τὰ θεοπρεπῆ παράγγελματα.

45 ΤΑΥΤΑ ΠΟΝΕΙ. ΤΑΥΤ' ΕΚΜΕΛΕΤΑ. ΤΟΥΤΩΝ ΧΡΗ ΕΡΑΝ ΣΕ. 46 ΤΑΥΤΑ ΣΕ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΑΡΕΤΗΣ ΒΙΣ ΙΧΝΙΑ ΘΗΣΕΙ.

47 ΝΑΙ

Quod enim sui juris est, si naturæ libertate utatur, aliorum consilia facile respuit, cum illis parere non statuit. At non potest non audire se necessario quæ intus est ratiocinandi vis. Istam Deus esse voluit, quæ nostri curam gereret. Istam ducem atque magistram. Istam etiam nunc judicem DIURNORUM OPERUM ratio efficit; & factum ab ipso judicium amplectitur; ut suum ipsa calculum adjiciat, quidnam in se vel laude, vel reprehensione dignum judicet. Cum enim in memoria, tanquam in tabella, quæ fecit descripta legit; tum legem in exemplari intuens, seipsam vel honore, vel infamia dignam pronunciat. Efficit vero studium istud, si singulis diebus excolatur, divinam in iis imaginem qui illud amplectuntur; dum eos vel additionibus, vel substractionibus ad virtutis decus perducit, &, quantum fas est, probum hominem perficit. In hoc enim versus ipsi desinunt, ut ad ea præcepta quæ divinitatem pariunt oratio transferatur.

45 IN HIS ELABORA. HAEC MEDITARE. HAEC TE AMARE OPORTET. 46 HAEC TE DUCENT IN DIVINAE VIRTUTIS VIAM.

Hæc facito. hæc farage. istorum tibi curage-
ratur.

Hæ te virtutis divinæ ad limina sistent.

47 UTIQUE PER EUM QUI ANIMO NOSTRO QUATERNARIUM TRADIDIT, 48 FONTEM PERENNIS NATURÆ.

Puro te, qui nos docuisti tetrada, fontem Naturæ æternum.——

Idem hic, quod nobis in præfatione, dicitur, philosophiâ quæ versatur in agendo, virtutum vi hominem probũ efficere; quæ autẽ in contemplando, illustratione mentis atque veritatis Deo similem reddere. præire deinde necessario (quod ad nos attinet) minora majoribus. Est enim facilius humanam vitam ad usum aliquem moderatũ revocare, quã eandẽ omnino dimittere; quod integra ad contemplationẽ conversione effici possit. Fieri deinde alias nõ queat ut veritas secure possideatur, si quæ sunt rationis expertes potentiæ morum virtutibus ex mentis instituto nobis non subjiciantur. Cum enim medius sit hominis animus inter mentem & rationis privationem; tunc solum menti quæ ipsum præcedit, nullo avellente, potest adhærere, cum eorum contagione liberatus quæ ipso posteriora sunt, eadem pure attigerit. Erit autem purus tum demum, cum nihil aversæ rationi, nihil etiam mortali corpori indulgens, agi se cum eo minime patietur: sed tanquam alius aliorum curam geret, tantum ipsis curæ tribuens, quantum divina lex præcipit, quæ vi ipsum expelli non permittit,

sed

47 ΝΑΙ ΜΑ ΤΟΝ ΗΜΕΤΕΡΑ ΨΥΧΑ ΠΑΡΑΔΟΝΤΑ ΤΕΤΡΑΚΤΥΝ, 48 ΠΑΓΑΝ ΑΕΝΝΑΟΥ ΦΥΣΕΩΣ.——

Ταυτὸν, ὃ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέχθη, ὅτι ἡ μὲν τοῦ πυθαγορικοῦ φιλοσοφία διὰ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ φύσεως ἀνδρωποῦν ἀγαθὸν ἀποτελεῖ· ἡ δὲ θεωρητικὴ εἰς ὁμοιότητα θεοῦ καθίστησι, νοῦ καὶ ἀληθείας ἐλλάμψει. πρωτεῖα δὲ, ὡς πρὸς ἡμᾶς, τὰ ἐλάττονα τῶν μειζόνων ἕξει ἀνάγκης. ῥᾴδιον γὰρ ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἀνθρώπου βίου τῇ εὐλογίστῳ χρήσει, τοῦ παντελῶς αὐτὸν μεθεῖναι. ὃ γὰρ οἶμαι, διὰ τῆς πρὸς θεωρίαν παντελοῦς ἀπορροῆς. καὶ ἄλλως δὲ ἀδύνατον ἀνθρώπῳ κτήσασθαι τὴν ἀλήθειαν, μὴ τῶν ἀλόγων δυνάμεων ἡμῖν ταῖς ἠθικαῖς ἀρεταῖς καὶ νοῦ τεταγμένου. * μεσὴ γάρ ἐστι ἡ λογικὴ ψυχὴ νοῦ καὶ ἀλογίας, τότε μόνον ἀπολαύουσα δυνάμεως καὶ σωτηρίας τῆς πρὸς αὐτῆς νοῦ, ὅταν καθαρὰ γιγνομένη τοῖς ἀπ' αὐτῆς πρεπούσαις, καθαρῶς ἐφάπτηται τῶν ἐκείνων. ἔστι γὰρ καθαρὰ, εἰ μηδὲν τῇ ἀλογίᾳ, μηδὲ τοῦ θνητοῦ σώματος συνεκρέοι λοιπὸν, ὡς ἂν μὴ ἀνάγων ἐπιμελοῖτο, τοσοῦτον αὐτοῖς ἀπογέμουσα φρονήσεως, ὅσον ὁ θεῖος κελεύει νόμος, ἐξάγειν* αὐτὰ πειρᾶσθαι μὴ συγχω- * γρ' μέση * γρ' αὐ- γῶν, τοῦ

ρῶν, ἀλλὰ περιῤῥύηως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. διττῆς ἓν ἀρετῆς τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ δείσει· πολιτικῆς μὲν πρὸς τὰ κάτω τὴν ἀλογίαν τιθέσης· θεωρητικῆς δὲ πρὸς τὰ ἄνω τῷ κρείττονων ζωωσίαν προξενούσης. τὴν δὲ διπλῶν τούτων ἀρετὴν μεθόριον ἕξειν οἱ τοιοῦτοι εἰκοι. τὸ μὲν, ΤΑΥΤΑ ΠΟΝΕΙ· ΤΑΥΤ' ΕΚΜΕΛΕΤΑ· ΤΟΥΤΩΝ ΧΡΗ ΕΡΑΝ ΣΕ, ὡς οἰκεῖον συμπέρασμα τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς. τὸ δὲ, ΤΑΥΤΑ ΣΕ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΑΡΕΤΗΣ ΕΙΣ ΙΧΝΙΑ ΘΗΣΕΙ, ὡς ἀρχὴ κινήσεως τῆς θεωρητικῆς ὁπῃσήμης. τὸ γὰρ ἀπαλλαγήσεται τῆς θνητοειδοῦς ζωῆς, καὶ τῆς ἀμετρείας τῶν παθῶν, ὅση δυνάμις, καθαρθήσεται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐκ θνητὸς γεγονὸς ἀνθρωπον, τὰ ἐξῆς ἀπαγγέλλει, ΘΕΟΝ ἐξ ἀνθρώπου ποιήσειν, ἐφ' ὅσον οἷόντε ἀνθρώπῳ ΘΕΟΝ γενέσθαι. ὅπερ δὲ τοῦτο τῆς θεωρητικῆς ἀληθείας τὸ τέλος, δι' ὧν μὲν δηλοῖ τὰ ἐπῶν, ἐν οἷς περὶ τοῦ τέλειον τὸ κάλλιστον καὶ ἀκρότατον συμπέρασμα ἐπάγει·

Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα, εἰς αἰθὴρ ἐλάθεσον γθῆς,
Ἔσεαι ἀθάνα[τος θεὸς, ἄμβρο[τος, οὐκ ἔτι θνητός.

τυγχά-

sed tamdiu permanere, donec nos Deus ipse dimittat. Duplici ergo ejusmodi animo virtute opus erit: politica quidem, quæ regat insaniam in res inferiores; contemplativa autem, quæ præstantiorum coitionem cum superioribus conciliet. Exsistunt vero duarum virtutum istarum limes quidam intermedius versus isti: alter quidem, IN HIS ELABORA, HAEC MEDITARE, HAEC TE FACERE OPORTET, tanquam virtutis politicæ idoneæ conclusio; alter autem, HAEC TE DEDUCENT IN DIVINAE VIRTUTIS VIAM, tanquam contemplativæ scientiæ principium aptissimum. Significant enim quæ sequuntur, eum qui belluinam vitam deposuerit, quique se, quantum potest, immodicis affectibus liberarit, & ita tanquam ex fera homo factus sit; ex homine Deum evasurum, quantum patitur humanæ conditionis ratio. Esse autem hunc contemplativæ veritatis finem versibus ipsis significatur, quibus optime tandem hoc modo concludens ait;

Atque ubi depositò purus te ceperit æther
Corpore, vivus ages semper, sempereque beatus;

Osten-

Ostendit autem sacer ipse liber, ut paulo post demonstrabitur, rebus nos ante præclare gestis, ipsaque adeo veritatis, quæ ex virtute sequitur, agnitione, restitutionem in pristinum statum (quod idem plane est ac si in Deos relatum iri significes) adepturos. Sed jam ad proposita carmina regressi, consideremus nunquid LABOR & MEDITATIO ATQUE AMOR, hoc ipso præcepto allata, velint aliud quam ut animus totus ad virtutis studium exercitationemque convertatur. Est vero triplicis quodammodo facultatis & ipse secundum se consideratus. Habet enim certe aliquid quo discimus, quod ISTA nunc jubet MEDITARI. Habet vero & aliud etiam quo ea retinemus quæ didicimus, quod IN HIS ELABORARE adhortatur. Habet denique & quiddam quo ea diligimus quæ novimus, & quæ sumus adepti, quod ISTA AMARE præcipit. Ut igitur humani animi vires omnes ad virtutum præcepta nobis contendantur, ab eo quod valet meditari MEDITATIONEM flagitat; LABOREM vero ab eo quod servat quæ sunt meditata; AMOREM denique ab eo quod honesti studio ducitur: ut ex omnibus bonorum nobis accedat possessio cum firma retentione, cum cognato nobis etiam erga illa amore; quæ divina spes sequitur, veritatis

splen-

τυ χάριν ἢ ἀποκαταστάσεως ἡμᾶς (παντὸν δὲ εἰσεῖν τῆς * ἀποθέσεως) διὰ τ περιάσκη- * ἴσ. ἀποθεσέως
σεως ΑΡΕΤΗΣ, καὶ τ ὄπι ταύτῃ γνώ- αὐτὲς
σεως θείσης ἀληθείας,* ἔξεστ ὁ ἱερὸς ἀναφαίνει λό- * ἢ
γος, ὡς εἰσόμεθα ὕστερον. νυῦν ἢ ὅπι τὰ περικεί-
μενα ἔπι πάλιν ἐπανιόντες ὁπισκεψώμεθα
εἴ π βέλει ὁ ΠΟΝΟΣ, καὶ ἡ ΜΕΛΕ-
ΤΗ, καὶ ὁ ΕΡΩΣ ὅπι τῶν περιλαβόσας
ἀφορμήκαμεν, ἢ τὸ πρὸς τὸν τ ἀρετῆς ἄσκη-
σιν ὅλην ὁπιτρέψαι τὸν ψυχικὸν περισκόπον
δέ πως ὄντι καὶ αὐτὴν καθ' αὑτὸν λογικὴν
ἔσαν, τὸ μὲν π ἔχειν ὧν μανθάνομεν, ὁ τοῦτο
ΕΚΜΕΛΕΤΑΝ καλῶ περιαίτιον· τὸ δέ
π ὧν τὰ γνωσθέντα κρατῦναι, ὁ ΤΑΥΤΑ
ΠΟΝΕΙΝ παραγγέλλει· τὸ δέ π ὧν ἐργά-
ζεσθαι τὰ γνωσθέντα καὶ κρατηθέντα, ὁ ΤΟΥ-
ΤΩΝ ΕΡΑΝ καθιστᾶν τι. ἵνα ἔν πάσας
τὰς δυνάμεις τ λογικῆς ψυχῆς συντεταμέ-
νας ἔχωμεν πρὸς τὰ τ ἀρετῆς παραγγέλμα-
τα, ἐν μὲν τῷ νοεῖν περὶ τ ΕΠΙΜΕ-
ΛΕΙΑΝ ἀπαιτεῖ· ἐν ᾧ τῷ πρᾶγμα τὰ
νοηθέντα, τ ΠΟΝΟΝ· ἐν δὲ τῷ φιλοπόνῳ,
τὸν ΕΡΩΤΑ· ἵν' ἐξ ἁπάντων ἡ κλῆσις ἧ
ἀγαθῶν ἡμῖν παραγίνηται μὴ τ ἀπαρκέσα-
σα περίσεως, καὶ συμφυὲς ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα
συζυγὲς· οἷς ἔπεστ ἡ θεία ἐλπὶς τὸ τ ἀληθείας
ἐπιστή-

ἐπιβάλλεται φέρεσθαι, ὡς αὐτὸς ἐπιχωρῶν τοῖς λέγουσι, ΤΑΥΤΑ ΔΕ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΑΡΕΤΗΣ ΕΙΣ ΙΧΝΙΑ ΘΗΣΕΙ τελέσει, ταῦτά σε ὁμοιώσει τῷ θεῷ διὰ τῆς ὑλικῶν ἀπεικονικῆς γνώσεως. τὸ γὰρ πρὸς αἰτίας ἀπλοῦσθαι τῶν ὄντων, τὰς ἐν τῷ δημιουργῷ θεῷ πρώτας κεκλῶσας, πρὸς τὰ ἀπερίληπτα ἄγει θεοειδοῦσας, ἢ ζωοειδοποιεῖ καὶ ἡ πρὸς τὸ θεὸν ὁμοίωσις. τῇ δὲ ὁμοίωσιν ταύτην ΘΕΙΑΝ ΑΡΕΤΗΝ ὁ λόγος καλεῖ, ὡς ὅτι ἀνθρωπίνων τῶν περὶ ταύτης καλῶς ἐπιχωρούντων. εἰς ΕΡΩΤΑ ὃν φιλόσοφον καὶ φιλόκαλον ἀποπεραιοῦσθαι τὰ προβεβλημένα. τέτταρα δὲ ἡγεμόνα, ἢ τῆς ἀληθείας γνῶσις ἐπάδει πρὸς ὁμοίωσιν ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΑΡΕΤΗΣ ἀνάγκαια, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδειχθῇ. τὸ γὰρ ἀναγκαῖον τῆς σωτηρίας πέφυκεν ἡμῖν ἄρχειν πεφυκέναι. τὸ δὲ καλῶς ἐλπιζόμενον τῶν ἀνθρωπίνων ἀρετῶν πρὸς τὴν θείαν ὁλοτελῆ ὁμοίωσιν, ἣν μάλα ἐθαπλασμένως ὄρεγονται. ἀπὸ αἰῶν ὄρεγον ἐν ἀρχῇ πεφυτεύεσθαι, τῇ ἐπιχωρούσῃ ἀρετῇ ἀναβαίνειν πρὸς τὴν ὀνειρευομένην, καὶ ἀθεσμον τὸ ἐμβάτευσιν ἐρόντων τὸ πέρας. ταῦτα γὰρ τὰ μικρὰ καὶ μεταπίπτοντα ἀλλὰ τε ἄξιον ἐπ' αὐτοῖς ἡμᾶσθαι, ἅτ' ἀσφαλῶς τῇ γὰρ ἐν ἡμῖν εἰς πέρας αὐτὰ ἀναγεῖν. τοῦ δὲ τὴν πρόνοιαν, ἄναξ-

splendorem inducens, quemadmodum ipse pollicetur, cum ait, HAEC TE IN VIRTUTIS DIVINAE VIAM DEDUCENT: quasi te Deo similem reddituram istam dicat materiarum notitiam certam atque indubitatam. Eo ipso enim, quod eorum quæ sunt causas expendimus, quæ primum in opifice Deo habentur, ad divinæ cognitionis fastigium adscendimus, quo pertingit & ipsa etiam cum Deo similitudo. Vocat autem similitudinem istam VIRTUTEM DIVINAM, tanquam supra humanam ista jure evehatur quæ præcedit. Desinant ergo in AMOREM, qui studium sapientiæ atque honestatis habeat, versus primi: eoque primum posito, sequatur deinde veritatis cognitio, quæ ad DIVINAE VIRTUTIS similitudinem deducit; quemadmodum iis quæ sequuntur demonstrabitur. Confirmat porro conjunctionis istorum necessitatem etiam jurejurando. Jurat enim valde appositè virtutem humanam, quæ bene posita deatur, ad DIVINAM similitudinem viam STERNERE. Quod autem jusjurandum colere initio præcepit, ab eo indubiis rebus, & quæ eventus finem habent incertum, abstineri voluit. Esse enim parvi momenti, mutarique facile: itaque neque justum in iis jurare, neque tutum; cum eas ad finem perducere, nostræ non sit facultatis. In his autem quæ præsentia sunt,

&

& necessario copulata, maximique momenti, jurare tutum esse atque decorum. Neque enim nos negotiorum eventus unquam fefellerit (vinciuntur enim inter se necessitatis lege, in quibus hoc loco jusjurandum adhibetur) nec rei etiam vilitas atque abjectio numinis testimonium recusaverit. Sunt enim non in hominibus tantum veritas atque virtus, sed in diis etiam maxime. Est porro & jusjurandum ipsi in dogma, quia veritatis magistro tantum decet honoris tribui, ut Per ipsum juretur, si quando ad placitorum confirmationem opus sit; nec tantum IPSE DIXIT de eo usurpare, sed ita se rem habere Per ipsum affirmare. Eadem vero opera de optimorum habituum conjunctione, adhibito jurejurando theologatur, & QUATERNARIUM SEMPITERNI rerum ordinis FONTEM eundem cum Deo significat exsistere. Cæterum quo pacto Deus ille sit, ex sacro libro qui Pythagoræ tribuitur facile ipse didiceris, in quo numerorum numerus Deus ipse celebratur. Si enim omnia quæ sunt sempiternis ipsius consiliis subsistant; certum est etiam & numerum in quaque eorum specie quæ exsistunt, ab illorum causa dependere, primumque ibi numerum reperiri. Inde enim etiam apud nos. Est porro numeri intervallum finitum denarius.

Sunt

ἀναγκαίως τε συμπιμένων, καὶ μεγίστων ὄντων, ἀσφαλὲς τὸ ὀμνύναι, καὶ φρέπον. * ἔτω γὰρ τὸ μεταπίπτον τῶν πεπραγμάτων ἡμᾶς ἂν πο|σφήλῃ (δέδεκται γὰρ πρὸς ἄλληλα θεσμῷ ἀσφαλείας πρὸ ὧν ὅρκος νυνὶ γίνεται) καὶ ὅτε τὸ ταπεινὸν αὐτὸ καὶ χαμαιπε|ὲς τῆ θείᾳ τιμῇ ὑπομβρυείαν ἀρνῆται. ἀληθεία γὰρ καὶ ἀρετὴ ἐμόνον ὄξιν ἀνθρώποις, ἀπὸ καὶ ἐν θεοῖς τὰ μέγιστα. ἕπεται καὶ ὁ ὅρκος αὐτῷ γίνεται δόγμα, ὅτι τὸ διδάσκαλον τῆς ἀληθείας ἔτω δέον πιστὸν, ὡς καὶ ὀμνύναι αὐτὸν, εἴ που δέοι πρὸς βεβαίωσιν τῶ δογμάτων· καὶ μὴ μόνον τὸ ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ μὲν περὶ αὐτῆ λέγειν, ἀπὸ καὶ ταῦτα ἔτως ἔχειν Νὴ τὸν αὐτόν. ὁμῶς δὲ περὶ τῆς τῶν καλλίστων ἕξεων σωφρῆς ὀμνύων θεολογεῖ, καὶ τὴν ΤΕΤΡΑΔΑ ΠΗΓΗΝ ΤΗΣ ΑΙΔΙΟΥ διακοσμήσεως ἀποφαίνεται τῷ αὐτῷ ἕξ τῷ δημιργῷ θεῷ. πῶς δὲ ΤΕΤΡΑΣ ὁ θεὸς, * ἔδει ἐκ τῶ εἰς Πυθαγόραν ἀναφερομένω ἱερῶ λόγω σαφῶς εὑρήσεις, ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ἀριθμῶν ὁ θεὸς ὑμνεῖται. εἰ γὰρ τὰ ὄντα πάντα τῇ ἀϊδίοις αὐτῆ βυλήσεσιν ὑφέστηκε, δῆλον ὅτι καὶ ὁ ἀριθμὸς ἐν ἐκάστῳ εἴδει τῶν ὄντων τὸ ἐλλεῖπον αἰτίας ἤρτηται, καὶ ὁ πρῶτος ἀριθμὸς ἐκεῖ. ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ἐνταῦθα. τῶ δὲ ἀριθμῶ τὸ πεπερασμένον διάστημα ἡ δεκάς.

* χρὴ ἔτω

* χρὴ αὐτὸν

ὁ γὰρ ὅλη πλέον ἀριθμεῖν ἐπέλων ἀναπέμπει πάλιν ὅπη τὸ ἕν, καὶ δύω, καὶ τρία· καὶ δ δευτέραν ἀριθμεῖ δεκάδα πρὸς τῷ τῆς εἰκοσάδος συμπλήρωσιν· καὶ τρίτην ὁμοίως, ἵνα τριακοντάδα εἴπῃ· καὶ τοῦτο ἑξῆς, ἕως ἂν δεκάτῳ ἀριθμήσας δεκάδα εἰς ἑκατὸν προέλθῃ. καὶ πάλιν ἑκατὸν τὸν αὐτὸν τρόπον ἀριθμεῖ. καὶ ὅτω μέχρις ἀπείρου τῆς δεκάδος διαστήματι ἀνακυκλεῖσθαι προχωρεῖν δύνατ᾽ ἂν. τῆς * κς προ δεκάδος δυνάμεις ἡ ΤΕΤΡΑΣ. * πρὸς γὰρ τὴν κατ᾽ ἐξοχὴν τελειότητα ἡ ἐν τῇ δεκάδι, ἡνωμένη πως τελειότης ἐν τῇ ΤΕΤΡΑ- * κβ ἡ ΔΙ θεωρεῖτ᾽. κατ᾽ γὰρ συνθεσιν * τῆς ἀπὸ μονάδος ἕως ΤΕΤΡΑΔΟΣ, δεκὰς τὸ πᾶν ἄθροισμα γίνεται. ἀ γὰρ, καὶ β᾽, καὶ γ᾽, καὶ δ᾽, τὴν δεκάδα πληροῖ. καὶ ἔστι μεσότης ἀριθμητικὴ μονάδος καὶ ἑβδομάδος ἡ ΤΕΤΡΑΣ. καὶ ἴσῳ γὰρ ἀριθμῷ ὑπερέχει, καὶ ὑπερέχεται, τριάδι μὲν ἑβδομάδος λειπομένη, τριάδι δὲ μονάδα ὑπερβάλλουσα. μονάδος γὰρ καὶ ἑβδομάδος ἰδιώματα πάλιν εἰσὶ καὶ ἄρτια. ἡ μὲν γὰρ μονὰς, ὡς ἀρχὴ παντὸς ἀριθμοῦ, τὰς πάντων δυνάμεις ἐν ἑαυτῇ σωίσχει. ἡ δὲ ἑβδομὰς, ὡς ἀμήτωρ, καὶ παρθένος, διὰ τὸ μονάδος ἀξίαν δευτέρως ἔχει. ὅτε γὰρ γονὰς ἐξ ἀριθμοῦ πινος ἐντὸς δεκάδος· ὡς καὶ ὁ δ᾽, ἐν τῷ δὶς ϛ᾽. καὶ

Qui enim ulterius numerare ſtatuat, ad unum iterum, duoque, & tria regreditur, ſecundamque decadem ad viginti uſque complet ; & tertiam rurſum, ut ad triginta perveniat : idemque facit deinceps, donec expleta decade decima, progrediatur ad centum. A quo rurſum numero ad ſuperiorem pariter adſcendit. Atque ita ad infinitum uſque, decadis intervallo repetito, licet procedere. Eſt vero denarii vis QUATERNARIUS. Antequam enim ad denarii perfectionem perveniatur, unita quædam perfectio deprehenditur in QUATERNARIO. Compoſitione ſiquidem quæ fit ab unitate ad QUATERNARIUM, denarius totum eſt quod conſurgit. Implent enim decadem, unum, & duo, & tria, & quatuor. Eſt præterea arithmetica medietas unitatis & ſeptenarii QUATERNARIUS. Superat enim æquali numero, atque ſuperatur ; cum ternario quidem diſtet à ſeptenario, unitatem vero etiam ternario ſuperet. Sunt namque unitatis atque ſeptenarii proprietates pulcherrimæ atque optimæ. Unitas enim, tanquam numeri cujuſcunque principium, vires omnium in ſe complectitur. Septenarius vero, tanquam matre carens, atque virgo, unitatis dignitatem habet ſecundario. Non n. ab ullo numero gignitur, qui denario contineatur : uti quatuor ex bis duobus,

& sex ex bis tribus, & octo ex bis quatuor, & novem ex ter tribus, & decem ex bis quinque. Nec gignit etiam eorum aliquem qui sunt intra denarium; ut binarius quaternarium, ut ternarius novenarium, ut quinarius denarium. Cum sit autem QUATERNARIUS inter unitatem ingenitam, atque septenarium matre carentem medius, eorum vires qui gignunt & gignuntur, solus ex iis qui decade continentur simul accipit, productus ipse ab aliquo, idemque producens aliquem. Binarius enim si duplicetur parit QUATERNARIUM, & octonarium QUATERNARIUS si geminetur. Accedit, quod prima solida figura in quaternario reperitur. Punctus namq; respondet unitati; linea vero binario, quæ ab aliquo feratur ad aliquid. Ternarius vero superficiei convenit. Est enim figurarum quæ rectis lineis constant simplicissimus triangulus. Est & quaternario propria soliditas. Prima namq; pyramis in quaternario conspicitur: cujus basin triquetram ternarius efficit numerus, verticem vero unitas ipsa. Sunt præterea in iis quæ sunt, facultates judicandi quatuor; mens, scientia, opinio, atq; sensus. Fit n. omnium quæ sunt judicium, vel mente, vel scientia, vel opinione, vel sensu. Deniq; ut semel dicã, quicquid est, id omne colligavit quaternarius in elementis, in numeris, in tempestatibus anni, in ætatũ contuberniis. Nec quicquã potest adferri quod

καὶ ὁ ἕξ, ἐν τῷ δὶς γ'. καὶ ὁ ἡ, ἐν τῷ δὶς δ'. καὶ ὁ θ', ἐν τῷ γ'. γ' καὶ ὁ ι', ἐν τῷ δὶς ε'. ἔστε γὰρ πάντα μέχρι * ἐντὸς δεκάδος· ὡς ὁ δύο ἢ τέσσα- * χρ' ἐν-
ρες. καὶ ὁ γ'. ἢ δ'. καὶ ὁ ε'. ἢ ι'. ἡ δὲ ἀγωνίτου τὰς
μονάδος, καὶ τῆς ἀμήτορος ἑβδομάδος ἡ
ΤΕΤΡΑΣ μέση κειμένη, τὰς τῶ γωνόν-
των καὶ γωνωμένων δυνάμεις ἅμα ξυνείληφε,
μόνη μέχρι ἐντὸς δεκάδος καὶ γωνωμένη ἀπὸ
πρώτου ἀριθμοῦ, καὶ γωνοῦσά πάντα. ἡ γὰρ δυὰς ἑαυτὴν διπλασιάσασα τὴν ΤΕΤΡΑΔΑ
γωνᾷ· ἡ δὲ ΤΕΤΡΑΣ δύο γωνομένη τὸν
ὀκτὼ ἀποτελεῖ. καὶ τετρὰς πρώτη ἔμφασιν ἐν
τῇ τελείᾳ δείκνυται. τὸ γὰρ σημεῖον ἀνάλογόν ὅτι μονάδι. ἡ δὲ γραμμὴ δυάδι· ἀπὸ πρώτου γὰρ ὅτι π. καὶ τριάδι πρώτῃ ἡ ὁπωφανεια. στοιχωδέστατον γὰρ τὸ εὐθυγράμμων τὸ τρίγωνον. τὸ τετρὰν οἰκεῖον τῇ ΤΕΤΡΑΔΙ. ἡ γὰρ πρώτη πυραμὶς ἐν τῇ ΤΕΤΡΑΔΙ θεωρεῖται· τριγώνῳ μὲν βάσεως ἀποτεθείσης τὸ πεῖα, κορυφῆς δὲ αὐτῆς ὁπτεθείσης τὸ ἑνός· καὶ κεπκαὶ δὲ δυάμεις ἐν τοῖς ὅσι τέσσαρες, νῦς, ὀπτήμη, δόξα, καὶ αἴσθησις. κείνει γὰρ πάντα τὰ ὄντα ἢ νῷ, ἢ ὀπτήμῃ, ἢ δόξῃ, ἢ αἰσθήσει. καὶ ἅπλῶς, τὰ ὄντα πάντα ἡ ΤΕΤΡΑΣ ἀνεδύσατο, στοιχεῖον, ἀριθμοῦ, ὡρῶν τῷ ἔτους, ἡλικιῶν ξυνοικισμῶν. καὶ ἐκ ἔστιν εἰπεῖν

ὁμὴ τῆς ΤΕΤΡΑΚΤΥΟΣ, ὡς ῥίζης καὶ ἀρχῆς ἤρτηϑ. ἔστι γὰρ, ὡς ἔφαμεν, δημιουργὸς ὅλων καὶ αἰτία ἡ ΤΕΤΡΑΣ, θεὸς νοητὸς, αἰτιοϑ τῷ ὑφανίοις καὶ αἰσθητῷ θεῷ. ΠΑΡΑΔΕΔΟΤΑΙ δὲ ἡ τέτων γνῶσις τοῖς Πυθαγορείοις δι' αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ, ὃν καὶ νῦν ἐπόμενοϑ ὁ ΠΡΟΚΛΟΣ ἐπῶν τέτων συγγραφεύς, * ὅτι τῆς ἀρετῆς ἡ τελείωσις ϑεοῖς τοῖς ἀληθείας ἔλαμψιν ἡμᾶς ἀνάξει. ὥσε καὶ κατὰ τοῦτο εἴποι ἂν τις, ἰδίᾳ μὲν πειθὼ τὸ σέβας ὅρκον ὅτι τοῖς ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων ϑεῶν· ἰδίᾳ δὲ νῦν ὀμνύθαι κατὰ τῷ ΠΑΡΑΔΟΝΤΟΣ ἡμῖν τοῖς ΤΕΤΡΑΚΤΥΝ διδασκάλε, ὃς ἐκ μὲν τῆς ἀθανάτων ϑεῶν, ἐδὲ τῆς φύσει ἡρώων, ἀνϑρωποϑ ὁμοιώσει ϑεῷ κοσμηθείς, καὶ ϑεοῖς τοῖς ἀφ' ἑαυτῷ ϑείαν ἀποσώζων εἰκόνα. ὅθεν καὶ ἔνορκον αὐτὸν ὀλίγῳ ὕστερον μεγάλων ποιεῖϑ, λελησθότως ἐπεμβάλλων τοῖς περὶ Πυθαγόραν τὰ ἀκροατῆ σέβας, καὶ τοῖς ἀξίαν αὐτῷ δεικνὺς, δι' ὧν παραδέδωκε μαθημάτων. μέγιστον δ' τέτων ἡ τῆς δημιουργικῆς ΤΕΤΡΑΚΤΥΟΣ γνῶσις. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὲν πρῶτα ὀλίγα τέτμηϑ, τὰ δ' δεύτερα ἐν ὑποφήσει κεῖϑ βέβαια, καὶ ἀφανδεῖ ὑπὸ τῆς ΤΕΤΡΑΚΤΥΟΣ ἱερᾶς ἀκτῖς ἔγνωσται καὶ πῶς αὕτη ἡ ΤΕΤΡΑΚΤΥΣ, ὅσον

quod à QUATERNARIO, tanquam radice atque principio, non dependeat. Est enim ipse (quemadmodum diximus) omnium opifex atque causa; Deus mente perceptibilis; cœlestis, sensumque moventis Dei autor. Est autem istorum TRADITA Pythagoreis per Pythagoram ipsum cognitio; quem insecutus qui versus istos conscripsit, virtutis perfectionem ad splendorem veritatis nos esse perducturam significat. Quo fit, ut ista ratione dicat aliquis peculiariter quidem servari præceptum de colendo jurejurando in diis, qui semper eodemque modo exsistunt: peculiariter autem jurari hoc loco PER magistrum QUI QUATERNARIUM NOBIS TRADIDIT; qui nec erat ex Deorum immortalium numero, nec ex heroum genere, sed vir Dei similitudine præditus, divinæque imaginis autoritatem apud suos retinens. unde fit, ut in magnis adeo rebus ipsum adhibeat in juramentum; tacite innuens qua ratione à suis auditoribus coleretur Pythagoras, quantumque disciplinis, quas tradidit, sibi dignitatis peperisset. Est vero earum longe maxima QUATERNARII opificis cognitio. Verum quoniam quæ prima erant breviter explicata sunt, quæ secunda autem vanam nequaquam habent promissionem; quia deinde spe certa facer QUATERNARII interpres innotuit, docuimus autē quinā esset iste QUATERNARIUS,

quantum præsenti scripto conduceret: age, etiam ad ea quæ præcipit versus transeamus; primumque, qua ratione id adgredi, & quid parare, utque præstantiorum ope implorata ad ista conveniat accedere, demonstremus.

48 PORRO ACCEDITO AD OPUS,
49 UBI DEOS PRECATUS FUERIS UT CONFICIAS.

——Finem dein fausta precatus
Numina, opus facito.——

Omnia paucis, quæ ad bonorum adeptionem faciunt, describit versus, animi scilicet impulsionem propriam, divinumque auxilium. Quamvis enim ipsa etiam honestorum electio penes nos sit; quia tamen vires istas à DEO etiam habemus, ejus opera, rerumque PERFECTIONE quæ sensus movent omnino fere indigemus. Videtur enim quod conamur, manui quidem non absimile quæ ad bonorum acceptionem exporrecta sit; quod autem à Deo confertur, suppeditationi atque fonti, unde fluit bonorum largitio: ita deinde natura comparatum esse, ut illud quidem investiget quæ bona sunt, hoc vero illi indicet qui recte quæsiverit. PRECES autem limitem medium exsistere inter quærendi studium, largitionemque divinam, quæ nostri causæ inhærentes, à qua id habemus ut simus,

eo

ὅσον τοῖς παροῦσι πρόσκειται λόγοις, ὑποφαίνεσθαι ἔοικε φέρειν, καὶ ἐφ' ἃ προσῆκεν ὁ λόγος παρακαλεῖ, μετιόντι, πρὸς τὸν μετ' οἴας ὁρμῆς καὶ παρασκευῆς, καὶ σωτηρίας τῆς κρείττονος ἥθειν ὅπη ταῦτα πρόσκειται ὑποδείκνυσι.

48 —ΑΛΛ' ΕΡΧΕΤΕΠ' ΕΡΓΟΝ 49 ΘΕΟΙΣΙΝ ΕΠΕΥΞΑΜΕΝΟΣ ΤΕΛΕΣΑΙ.—

Πάντα τὰ πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ἀγαθῆς σωτελέστα διὰ βραχέων ὑπέδραμεν ὁ λόγος, τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοκίνητον, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ σωτηρίαν. εἰ δὲ καὶ ἐφ' ἡμῖν αἵρεσις τῆς καλῆς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἐφ' ἡμῖν θεόθεν ἔχοντες, τὴν παρ' ἐκείνης σωτηρίας, καὶ ΤΕΛΕΙΩΣΕΩΣ τὴν αἰώνιον πάντως τε χρήζομεν. ἔοικε γὰρ τὸ μὴ παρ' ἡμῖν ἀπολαζόμενον ἐκλεινομένη χρεὶ πρὸς λῆψιν τῆς καλῆς· τὸ δὲ παρὰ θεοῦ σωτελούμενον χρηναία εἶη, καὶ πηγὴ τῆς δόσεως τὴν ἀγαθῆν. καὶ τὸ μὲν * ἐξαλείπειν πεφυκέναι τὰ κακά· τὸ δὲ ἐκφαίνειν τὰ ζητοῦντα ὀρθῶς. ἡ δὲ ΕΥΤΧΗ μεθόριον εἶη τῆς τε παρ' ἡμῖν ζητήσεως, καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δόσεως, ἐχομένη τῆς αἰτίας ἡμῖν, τῆς εἰς τε τὸ εἶη,

* ἐκζη-τεῖν

πρὸ-

θεραγώγους ἡμᾶς, καὶ ποῖς τὸ ἓν εἶναι τελέσοις· πῶς δ' ἂν λάβοι τις τὸ ἓν, μὴ διδόντος θεοῦ; πῶς δ' ἂν δύη τις πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτεξουσίως μὴ αὐτοῦ ὁ διδόναι πεφυκὼς θεός; ἵν' οὖν μήτε λόγῳ μόνῳ τῷ ΕΥΧΗΝ ποιώμεθα, ἀλλὰ καὶ ΕΡΓΩ ταύτῳ κρατυνώμεθα, μήτε τῇ ἐαυτῶν ἐνεργείᾳ μόνῃ θαῤῥοῦντες, ἅμα καὶ ΕΡΓΩ θεόθεν σωτηρίας ΕΥΧΩΜΕΘΑ, καὶ ὡς εἶδον ὅτι ὕλη, τῷ ΕΥΧΗΝ τῷ ΕΡΓΩ συνάπτωμεν· καὶ τὸ ὅλον τοῦτο, ὅπως ἃ ἐργαζόμεθα καὶ ΕΥΧΩΜΕΘΑ, καὶ ἃ εὐχόμεθα ΕΝΕΡΓΩΜΕΝ· συνάψας εἶπεν, ΑΛΛ' ΕΡΧΕΤΕΠ' ΕΡΓΟΝ ΘΕΟΙΣΙΝ ΕΠΕΥΞΑΜΕΝΟΣ ΤΕΛΕΣΑΙ. ὅτε γὰρ μόνον προσδυμεῖσθαι δεῖ τὰ καλὰ, ὡς ἐφ' ἑαυτοῖς ὄντα καταρθῶσαι, καὶ χωρὶς τοῦ ΘΕΟΥ συνεργείας· ὅτε ψιλῆς τῆς ΕΥΧΗΣ τοῖς λογισμοῖς ἀρκεῖσθαι, μηδὲν πρὸς τὴν κλῆσιν τῶν αἰτησάντων προσφέροντας. ὅπου γὰρ ἡ ἄθεον ἀρετὴ, εἰ οἷόντε τοῦτο εἰπεῖν, ὅπου δύναμις· ἢ ἀνενέργητον ΕΥΧΗΝ. ἔν τε μὲν ἄθεον ὂν προσαναιρεῖ τῆς ἀρετῆς τὴν ἕξιν. τὸ δὲ ἀργὸν ἐκλύσει τῆς ΕΥΧΗΣ τὸ δραστήριον. πῶς γὰρ ἔστι τι καλὸν, ὃ μὴ πρὸς κανόνα τὸ θεῖον προσήκει; πῶς δὲ τὸ πρὸς τοῦτον προσιόμενον ὑπὸ τῆς ἐκείνου συνεργείας πάντως δεῖται πρὸς τὸ σῶσαι; ἔστι γὰρ ἀρετὴ

eo etiam tandem nos promovent ut bene simus. Qui possit præterea quod bonum est accipere, Deo ipso non largiente? qui rursum cupiendi libertatem habenti, nec poscenti, Deus ipse natura liberalis donare statuat? ne igitur aut verbis tantum PRECES faceremus, sed opere etiam illas firmaremus; aut nostris solum actionibus confideremus, sed ut agendo etiam divinum auxilium PRECAREMUR, & tanquam formam materiæ, PRECES OPERI adjungeremus; idque totum, ut quæ ipsi AGEREMUS, PRECAREMUR, & quæ PRECAREMUR, AGEREMUS; adjungens monuit, ut NON NISI DEOS PRECATI AD OPUS ACCEDEREMUS. Neque enim quæ honesta sunt ita solum debemus suscipere, tanquam ea ipsi per nos, nulla Dei ope, possimus gerere: neque rursum ita nuda PRECUM ratione contenti esse, ut nihil ad ea paranda quæ petimus adjiciamus. Ita enim aut virtutem quæ Dei sit expers (si fas id dicere) amplectemur; aut PRECES inefficaces: quorum quidem alterum, eo ipso quod Deo careat, virtutis naturam præfocat, alterum autem, quia iners, PRECUM resolvit efficaciam. Qui enim honestum esse queat; quod secundum divinam regulam non geritur? qui rursum quod ex ejus ratione fit, non ejusdem auxilio penitus egeat ut subsistat? est enim

virtus

virtus ipsa Dei imago in animo rationis participe. Eget autem exemplari imago quælibet, ut subsistat. Frustra deinde adipiscaris aliquid, si eo non spectet, ad cujus similitudinem partum est id quod honestum est. Decet ergo PRECES eos adhibere, qui ad virtutis opus se accingunt; & operari, qui hujus adeptionem precantur. Est vero hoc ipsum, quod ad divinitatem atque splendorem intuentes facit, etiam ad sapientiæ studium, adjuncta bonorum causa prima, sese applicare. Fons enim perennis naturæ quaternarius ille non solum exsistendi, sed bene etiam exsistendi omnibus perpetua causa est, bonum proprium per orbem universum, tanquam lucem incorruptibilem atque intelligibilem expendens. Cui cum animus inhæret, sibique tanquam oculum ad acuendam visus aciem perpurgat; ipsa etiam honestorum cura ad PRECES excitatur: & rursum voti adeptione studium intendit, verbis OPERA adjungens, OPERAQUE bona divinis allocutionibus confirmans. Alia rursum cum quidem invenit, aliis autem illustratur; ea ipsa SATAGIT quæ PRECATUR, & PRECATUR quæ SATAGIT. Atque hæc quidem est diligentis OPERÆ atque PRECUM conjunctio. Quænam autem sint quæ ope utriusque præclare geruntur, deinceps audiamus.

ἀρετὴ εἰκὼν θεῦ ἐν ψυχῇ λογικῇ. εἰκὼν δ' πᾶσα τῦ παραδείγματ(ος δεῖ) πρὸς ὑπόστασιν. καὶ εἰκῆ τὸ κτώμενον, ἐὰν μὴ ἐκεῖσε βλέπῃ, ἔ πρὸς ὁμοίωσιν τὸ καλὸν κλήσε(ι). ἀνδδοντας ἓν πρὸς τ ἐνεργὸν ἀρετῶ, ΕΥΧΕΣΘΑΙ προσήκει, καὶ ΕΥΧΟΜΕΝΟΥΣ τ κλῆσιν ταύτης ΕΡΓΑΖΕΣΘΑΙ. τῦτο δ', ὃ πρὸς τὸ θεῖον καὶ λαμπρὸν ἐλέπου(σ)ας προάγει, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἑαυτὸν σωλείνει, μὴ τῆς προήτης αἰτίας ἧσσ' ἀγαθῶν. ἡ γὰρ πηγὴ τ ἀενναΐ φύσεως ἡ τετραπλῦς ἐκείνη, ἃ μόνον τῦ ἓ(ι) τοῖς πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τῦ ἓν ἐ(ι) αἰώνι(ν) αἰτία καθέστηκε, τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν διὰ παν(τὸς ἐ)καπλώσασα τῦ κοσμῦ, ὅ(σ) φῶς ἀπέρατον καὶ νοερόν. ἡ δ' ταύτης ἐχομένη ψυχὴ, καὶ ὡς ὅμοιμα πρὸς ὀξυωπίαν ἑαυτῆς διασμήξασα, ἔκ τε τῆς ὑπομιμήσεως ἧσσ καλῶν πρὸς τὸ ΕΥΧΗΝ ἐνεγείρε(ι). καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ΕΥΚΤΙΚΗΣ πληρώσεως τ πανδυνὶ ὑπτείνει λόγοις ΕΡΓΑ (ω)άπ(ασα), καὶ ΕΡΓΑ πανδαῖα θείαις διηνέξεσι βεβαιωθρόν. καὶ τὰ μὲν δ' εἰσκυσα, τὰ δ' ἐλλαμπομφόν, πανδάζει δ' ΕΥΧΕΤΑΙ, καὶ ΕΥΧΕΤΑΙ ἃ πανδάζει. τοιαύτη μὲν ἡ τῆς πανδῆς καὶ τ ΕΥΧΗΣ ἕνωσις. * τί δὲ δεῖ τὰ δ' ἀμφοτέρων τύτων καθορθώμενα ἐξῆς ἀπύωμεν. * χρὴ πάνα δὲ

49---ΤΟΥ-

49 — ΤΟΥΤΩΝ ΔΕ ΚΡΑΤΗΣΑΣ, 50 ΓΝΩΣΕΑΙ ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΤΕ ΘΕΩΝ ΘΝΗΤΩΝ Τ' ΑΝΘΡΩΠΩΝ 51 ΣΥΣΤΑΣΙΝ. Η ΤΕ ΕΚΑΣΤΑ ΔΙΕΡΧΕΤΑΙ· Η ΤΕ ΚΡΑΤΕΙΤΑΙ.

& ejus videndi capacem oculum, cui res ipsa OSTENDITUR; ut hinc quod in videndi sensum cadit, inde autem visio ipsa, ad OSTENSIONIS effectum concurrant. Quæ cum ita sint, ponamus fore ut omnes simul MALIS LIBERENTUR, si OMNIBUS OSTENDAT opifex atque largiatur suæ naturæ notitiam, & QUO DAEMONE UTANTUR. At non OMNES tamen simul MALIS LIBERANTUR. Sequitur ergo non OMNIBUS eum OSTENDERE; sed iis tantum qui per se ad MALORUM LIBERATIONEM accedunt, quique sponte oculos ad ejus quod ostenditur contemplationem atque susceptionem intendunt. Non est igitur ipse in causa cur OMNIBUS minime OSTENDATUR; sed illi ipsi, qui vicina bona neque vident neque audiunt: unde spontanea mala pati diximus. Est ergo in causa qui eligit: non Deus, qui OMNIBUS quidem semper quæ bona sunt, quantum potest, ante indicat; non OSTENDIT tamen semper OMNIBUS, quia quo tempore porriguntur, plurimorum morbo caligent oculi, & deteriorum occupatione deorsum defixi hæreant.

Con-

καὶ τὸ παρὰ τῶ, ὦ ΔΕΙΚΝΥΤΑΙ, λοιπὸν ὅμμα· ἵνα ἐπεὶδεν μὴ τὸ ὀρατὸν, ἐντεῦθεν ἡ ὄρεξις ζωσράμη πρὸς πῶ τῆς ΔΕΙΞΕΩΣ συμπλήρωσιν. τέτων δὲ ἔντως ἐχόντων, λάβωμεν ὑπόθεσιν πάντας ** ἂν ἅμα ΑΠΟΛΥΘΗΝΑΙ ΤΩΝ ΚΑΚΩΝ, ΕΙ ΠΑΣΙ ΔΕΙΞΕΙΕΝ ὁ δημιεργὸς, καὶ ἐμφανίσειε πῶ τῆς ἑαυτῶ ὑσίας ἐπίγνωσιν, καὶ ΟΙΩ ΤΩ ΔΑΙΜΟΝΙ ΧΡΩΝΤΑΙ· ἀλλὰ μὴν ΠΑΝΤΕΣ ἅμα ΑΠΟΛΥΟΝΤΑΙ ΤΩΝ ΚΑΚΩΝ. οὐκ ἄρα ΠΑΣΙ ΔΕΙΚΝΥΣΙΝ, ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις τοῖς πρὸς ΑΠΟΛΥΣΙΝ ΤΩΝ ΚΑΚΩΝ οἴκοθεν ὁρμωμένοις· καὶ τὸ παρ' ἑαυτῶ ὅμμα πρὸς θέαν τῶ ΔΕΙΚΝΥΜΕΝΟΥ, καὶ ὑποδεχὴ ἀναπίνασιν. οὐκ ἄρα αὐτὸς ἀπὸ τῶ μὴ ΠΑΣΙ ΔΕΙΞΑΙ, ἀλλ' οἱ ἀγαθῶν πένλας ὄντων, ὅτ' ἐσοπῶντες, ὅτε κλύοντες. καὶ διὰ τῶτ' αὐθαίρετα πήμαθ' ἔχειν λέγομεν. αἰτία δὲ τῶ ἑλομένω, θεὸς ἢ ΚΑΚΩΝ ἀναίτιος, πρεπόμπων μὴ ἀεὶ τὰ ἀγαθὰ ΠΑΣΙΝ, ὅσον ἐφ' ἑαυτῶ· ἐΔΕΙΚΝΥΣ δὲ ΠΑΣΙΝ ἀεὶ, τῶ δὲ πρεπὸν ὅμμα τῶ προβλητομένων ἀγαθῶν ἐν τοῖς πλείοσι μεμηκέναι, καὶ κάτω νύκτην ἀχολίᾳ τῆ πρὸς τὰ χείρονα.

ἡ

ἡ δὲ τοιαύτη τῶν περικειμένων ἐπῶν ἐξήγησις
καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν συμφωνεῖ, καὶ
πρὸς τὴν ὑπερκειμένων ἐπῶν διάνοιαν. εἰ γὰρ
ὅλη τῷ θεῷ ὅτιν ἑλκύσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν
τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀκούσας, τί αὐτὸν εἴργειν πέ-
μαι; ἔχειν αὐτὸν ἐγκλήσεμεν; τί δὲ συμβαλλόμενον
ὡς τὴν ἕξιν ὁ δεῖ πρᾶξαι, εἰκότα δὲ φάγειν;
ἢ τί τὰ συμβαίνοντα παρὰ φύσιν φέρειν, καὶ ἰᾶσθαι
πειράζειν ὀπιτάττομεν; ὅλως γὰρ ἡ διὰ μαθή-
σεως πρὸς ἀρετὴν ὁδὸς ἀποκέκλεισται τοῖς τὸ
ἐφ' ἡμῖν ἀναιρῶσιν. ἃ γὰρ ἂν ἔδει ποιεῖν, ἃ δὲ ἐν
μελέτῃ καὶ ἕρωτι πήξεως ἦν κλῶν, εἰ τῷ θεῷ
ἴδιον ἦν σώζειν ἡμᾶς ἀπὸ κακίας, καὶ τῶν ἀρε-
τῶν πλήρης ποιεῖν μηδὲν παρ' ἡμῶν συμφέ-
ροντας. ἀλλ' ὅτως ἂν ἡ αἰτία τῆς τῶν πολλῶν
πονηρίας θεοῦ ἦν ἔγκλημα. εἰ δὲ ἀναίτιος κα-
κῶν ὁ θεὸς, ὥσπερ καὶ *λέγεται, δῆλον ὡς παρ' ἡ-
μῖν ἡ τῶν ἀγαθῶν *ὑπόστασις, ὅτι πέλας ὄντων
αὐτῶν, καὶ ἐν ἡμῖν κεῖται τὰς ΦΥΣΙΚΑΣ ἐννοίας
κειμένων, ὅτ' ἐσωζόμεν, ὅτε κλύομεν. αἰτία δὲ
τῆς ἀλογίας ταύτης καὶ ἀνηκοΐας ἡ λυγρὰ ἕξις, αὐθαίρετος οὖσα βλάβη. ἦν δὲ πρᾶ-
ξαι δεῖ πλεῖον, εἰκότα δὲ φαγεῖν ἀπ' αὐτῆς,
καὶ τῶν ΚΑΚΩΝ ΛΥΣΙΝ
ζωὴν, καὶ πρὸς εἰς θεὸν ὁδοποιὸν ἐξαν-
είσκειν. ὅτω γὰρ ἡ παρὰ τῶν θεῶν ἔλλαμψις,
τῆς παρ' ἡμῶν ὁρμῆσεως αὐτὴν ζωπυρεχούσης
ΔΕΙΞΙΣ

*χ' λέ-γεται
*χ' ὑπό-στασις

Congruit autem istháec propositorum versuum explicatio et cum veritate ipsa, & cum eorum mente qui præcedunt. Si enim Dei est homines etiam invitos ad veritatem pertrahere; quid eos spontanea damna pati arguimus? quid rursum litem exitiosam non excitare, sed fugere, suademus? quid item casus adversos moderate ferre, & remedia quærere? omnino enim quæ disciplinæ via est ad virtutem, illis intercluditur, cum arbitrii tollitur libertas. Non enim eorum quicquam deceat vel agere, vel curare, vel studiose sectari quæ recta sunt, si Dei sit ab iniquitate nos servare, virtutibusque implere nihil ex nobis conferentes. Quod si ita se haberet, esset ita vitiorum causa in permultis divinæ culpæ tribuenda. Sin autem malorum culpa vacat Deus, ut etiam dictum est, haud jam dubium est quin ipsi à bonis defecerimus; quæ cum vicina habeamus, & in nobis secundum naturales notitias posita, eadem ipsi neque intuemur neque audimus. Est vero cæcitatis hujus atque surditatis autor pernitiosa ista contentio sponte damnum amplectens; quam non decet amplius augere, sed cedendo vitare, & malorum liberationem nosse, viamque ad Deum revertendi invenire. Ita enim Dei quælibet indicatio, si eidem intuitus noster accedat,

OSTEN-

OSTENSIO evadit. Sunt vero OSTENSIONIS opera, quies animi, LIBERATIO LABORUM quos hic toleramus, divinorum præterea bonorum fruitio, & PATERNAE conversationis communicatio. His igitur de virtute & veritate præmissis, & virtutis quidem præceptis nocturna ratiocinatione conclusis, veritatis autem spe ad quietem usque & salutem animi perducta, ea nunc adfert quæ ad alatæ puritatis splendorem pertinent; tertium nimirum philosophiæ genus adjungens superioribus:

67 ABSTINE PORRO CIBIS, QUOS DIXIMUS, TUM IN LUSTRATIONIBUS, 68 TUM IN ANIMI LIBERATIONE DIJUDICANS: ET CONSIDERA SINGULA, 69 RATIONEM, OPTIMUM AURIGAM, SUPERIORE LOCO STATUENS.

Sperne cibos cautus, veluti pugnamina monstrans,
Atque animum solvens, dixi. tum singula pensans,
Aurigæ menti cedas quas tractet habenas.

Natura ratione prædita, quæ corpus habet sibi congenitum, ita ab opifice edita fuit, ut neque ipsa corpus exsisteret, neque tamen careret corpore; sed esset quidem incorporea, in corpus autem species ejus tota desineret. Sicut n. in astris quidem quod est superius, substantia est corporis expers, quod autem inferius, corpore præditum: & sol

ΔΕΙΞΙΣ μνεῖ. ἔργα δὲ τῆς ΔΕΙΞΕΩΣ, ψυχῆς ἄνεσις, καὶ σωτηρία ἀπὸ τῆσδε πόνων, καὶ ζωαίθησις τῶν θείων ἀγαθῶν, καὶ κοινωνία τῆς ΠΑΤΡΙΚΗΣ πολιτείας. τοσαῦτα περὶ ἀρετῆς καὶ ἀληθείας εἰρηκὼν, καὶ τὰ μὲν τῆς ἀρετῆς παραγγέλματα εἰς τὸ νυκτερινὸν σύλλογον περιτώσας, τὰς δὲ τῆς ἀληθείας ἐλπίδας, ἕως τῆς ἀνέσεως καὶ σωτηρίας τῆς ψυχῆς δείσας, ἐπάγει τὰ περὶ τῆς αὐγοειδοῦς καθαρότητος περιωτικῆς, τείνων πρὸς φιλοσοφίας γνῶσιν ἀπισωπάτους τοῖς περιπλώοις.

67 ΑΛΛ' ΕΙΡΓΟΥ ΒΡΩΤΩΝ, ΩΝ ΕΙΠΟΜΕΝ, ΕΝΤΕ ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ,
68 ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ ΚΡΙΝΩΝ· ΚΑΙ ΦΡΑΖΕΥ ΕΚΑΣΤΑ,
69 ΗΝΙΟΧΟΝ ΓΝΩΜΗΝ ΣΤΗΣΑΣ ΛΑΘΥΠΕΡΘΕΝ ΑΡΙΣΤΗΝ.

Ἡ λογικὴ οὐσία συμφυὲς ἔχουσα * παρὰ τοῦ δημιουργοῦ εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν, ὡς μήτε τὸ σῶμα εἶναι αὐτὴν, μήτε ἀνάλογον· ἀλλ' αὐτὴν μὲν ἀσώματον, ἀπερατοῦσα δὲ εἰς σῶμα τὸ ὅλον αὐτῆς εἶδος. ὅθεν καὶ ὅπου τὸ ἄστρον, τὸ μὲν ἄνω αὐτῆς ἀσώματος οὐσία, τὸ δὲ κάτω σωματική· καὶ

* σῶμα ἔτω

* χ' π καὶ ἔστιν ἥλιος τὸ ὅλον * τὸ ἐξ ἀσωμάτου καὶ σώματος, ὑποτὲ διεζωσμένων, εἶτα σωμασθέντων (ἔστω δὲ ἂν καὶ διέξοδον πάλιν) ἀμφὶ ἅμα σωμασθημιουργηθέντων, καὶ ἐν τάξει συμπεφυκότων, ὡς τὸ μὲν ἡγούμενον εἶεν, τὸ δὲ ἑπόμενον· ὅπως ἔχει καὶ δὴ τῆς ἐφεξῆς λογικῶν ψυχῶν, τῶν τε ἡρωϊκῶν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων. καὶ ἔστιν ἕκαστος ἥρως, ψυχὴ λογικὴ μετὰ φωτειναῦ σώματος· καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁμοίως, ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος. καὶ τοῦτο δὴ Πυθαγορείων ἓν δόγμα, ὃ δὴ Πλάτων ὕστερον ἐξέφηνεν, ἀπεικάσας ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου, πᾶσαν θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ψυχήν. δεῖ δὲν πρὸς μὲν τελείωσιν τῆς ψυχῆς ἀγαθείας ἡμῖν, καὶ ἀρετῆς· πρὸς δὲ ΚΑΘΑΡΣΙΝ τοῦ αὐγοειδοῦς ἡμῶν σώματος, τῆς περὶ ὑλικῶν μολυσμῶν ἀποθέσεως, καὶ τῆ ἱερῶν ΚΑΘΑΡΜΩΝ παραλήψεως, καὶ τῆς ἐπαγγελθείσης ἡμᾶς πρὸς τὸν ἐντεῦθεν ἀναπαυσιν θεοσωθέντα ἀγωγῆς· πρὸς ὧν οἱ προκείμενοι στίχοι διδάσκουσι, τὰ μὲν πρώτα μολύσματα τῆς ὕλης πρικόπτοντες διὰ τοῦ, ΕΙΡΓΟΥ ΒΡΩΤΩΝ, ΩΝ ΕΙΠΟΜΕΝ· τὰ δὲ ἱερὰν ΚΑΘΑΡΣΙΝ, καὶ τὸν θεοσώσαντα ἀλκὴν ἐνπαθέντες δι' ὧν ἠνίξαντο ὅτανοὶ λέγοντες, ΕΝ ΤΕ ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ, ΕΝ

& sol etiam totum quid est ex incorporeo atque corporeo, haud aliquando separatis, deinde conjunctis; (ita enim etiam rursum distinguerentur) sed simul conditis, eoque ordine co-genitis, ut alterum quidem ducatum præstet, alterum autem sequatur: ita se habet in omnibus deinceps rationis participibus generibus, heroum scilicet atque hominum. & est heros quilibet animus rationis particeps corpori lucido conjunctus; & homo similiter animus etiam ratione præditus cum congenito corpore immortali. Atque hoc quidem est Pythagoreorum dogma; quod Plato proculdubio promulgavit postea, cum divinum omnem atque humanum animum, congenitæ virtuti alati currus atque aurigæ comparavit. Est igitur nobis ad animi perfectionem veritate opus atque virtute: ad lucidi autem corporis nostri PURGATIONEM, sordium fæculentarum detersione, & sacrarum PURGATIONUM assumptione; robore præterea divinitus annexo, ut hinc sursum evolare valeamus. Qualia vestibus istis significantur, cum materiæ sordes eo tollunt, quod CIBIS ABSTINERE, QUOS DIXIT, præcipiunt; cum deinde sacram purgationem, divinitusque adnexum robur adjicienda eo innuunt, quod TUM IN PURGATIONIBUS,

TUM IN ANIMI SOLUTIONE DIIUDICANS, adjungunt. cum denique totam humanæ naturæ ſpeciem integram atque perfectam reddi volunt, ubi AURIGAM RATIONEM SUPRA COLLOCANDAM ESSE concludunt. Hoc enim totam etiam naturam ſignificavit, atque partium ordinem in ea diſtinxit: quarum altera judicandi quidem habet facultatem, tanquam AURIGAE fungatur officio; altera autem parendi, tanquam habenis regatur. Poteſt igitur ex propoſitis carminibus ab illis intelligi qui ſymbolis Pythagoricis credunt, oportere virtutis exercitatione, veritatiſque atque puritatis reſumptione, eorum curam gerere quæ ad lucidum corpus noſtrum pertinent; quod etiam animi tenue vehiculum oracula nominant. Extenditur vero PURGATIO iſta ad cibos uſque & potiones, univerſamque adeo victus rationem mortalis noſtri corporis; in quo jacet quod ſplendidum eſt, vitam inanimo corpori inſpirans, atque ipſius harmoniam continens. Vita enim corpus eſt quod materia deſtituitur, quodque vitam materiæ inhærentem generat, per quam mortale noſtrum perficitur, quod ex vita rationis experte materialique corpore componitur, hominis illius imago exſiſtens, qui ex rationis participe ſubſtantia & corpore materia deſtituto componitur. Quoniam igitur homo ipſi ſumus

homo

ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ ΚΡΙΝΩΝ. καὶ τὸ ὅλον εἶδος τῆς ἀνθρωπίνης ἐσίας ὁλόκληρον ἡμῖν ἀποδεδώκασι δι' ὧν ἐπήγαγον, ΗΝΙΟΧΟΝ ΓΝΩΜΗΝ ΣΤΗΣΑΣ ΚΑΘΥΠΕΡΘΕΝ ΑΡΙΣΤΗΝ. * τοῦτο γὰρ καὶ τῷ ὅλῳ ὡσαύτως * καὶ τὰ παρέσπασε, καὶ τὴν τάξιν ἣν ἐν αὐτῇ μεμῶν τῷ διεσείλατο, ὅπ τὸ μὲν ΚΡΙΤΙΚΟΝ, ὡς ΗΝΙΟΧΟΥΝ· τὸ δὲ ἐπόμενον, ὡς ΗΝΙΟΧΟΥΜΕΝΟΝ. πᾶσα * γὰρ ὄξις * καὶ ἐν ἣν προκειμένων ἐπῶν διδαχθῆναι τ ἣν ἕν Πυθαγορείαν * συμβολῶν μὴ ἀνήκοον, ὅπ δεῖ * ἴσως συμβό- ζωὴ τῇ ἀσκήσει τῆς ἀρετῆς, καὶ τῇ ἀναλήψῃ τ λων ἀληθείας καὶ καθαρότ]Θ-, ὁπ μέλειαν ποιεῖσ ἣν δεῖ τὸ αὐγοειδὲς ἡμῶν σῶμα, ὃ καὶ ψυχῆς λεπ]ὸν ὄχημα οἱ χρησμοὶ καλοῦσι. διατείνει δ' αὕτη ἡ ΚΑΘΑΡΣΙΣ ἕως σπίων καὶ ποτῆ, καὶ τῆς ὅλης διαίτης τῆ ἀνητῆ ἡμῶν σώμα]Θ-, ἐν ᾧ τὸ αὐγοειδὲς ἔγκει]Θ- προσπνέον πῦ ἀψύχῳ σώματ-ζωὴν, καὶ τ ἁρμονίαν αὐτῆ ζωέχον. ζωὴ γάρ ὄξι τὸ ἄὔλον σῶμα, καὶ ζωῆς ἐνύλε γενητικόν, δι' ἧς τὸ θνητὸν ἡμῶν σῶμα συμπληρῶ]Θ-, ἐκ τῆς ἀλόγε ζωῆς καὶ τῆ ὑλικῆ σώματ]Θ- συγκείμενον, εἴδωλον δὴ τῆ ἀνθρώπε, ὃς ἐκ λογικῆς ὡσίας καὶ σώματ]Θ- ἀΰλε ζωέσηκεν. ἐπεὶ ἓν ἡμεῖς ὁ ἄνθρωπ]Θ-,

ἄνθρωπον ἢ διὰ ταῦτα προσήκει διὰ πάντων μὲν ΚΑΘΗΡΑΣΘΑΙ καὶ τελειωθῆναι, τὴν ὑπερβάλλοντα πρόπον ἐρ' ἑκάστης φύσεως τηρῆσαι. ἔστι γὰρ ἄμμη ἄμμε ΚΑΘΑΡΣΙΣ. οἷ, ψυχῆς λογικῆς κατὰ μὲν τὸ λογικὸν, ΚΑΘΑΡΣΙΣ ὑπερνοητικὴ ἀλήθεια· κατὰ δὲ τὸ δοξαστικὸν, ἡ βελτιωτικὴ ἀρετή. θεωρεῖν γὰρ τὰ ἄνω περιμόντες, καὶ πάτ[ειν τὰ κάτω, ἀληθείας μὲν πρὸς ἐκεῖνα, πολιτικῆς δὲ ἀρετῆς πρὸς ταῦτα δεησόμεθα, ὅπως ἂν τῶν μὲν αἰσθήσεων θεωρητικοὶ γινώμεθα, τῶν δὲ ἐνεχομένων ποιητικοί. καὶ ἀμφότερα ἢ τῆς θείους ὄρους ἐμμένοντες τὴν ἀλογίας ἀποφύγοιμεν κλύδωνα. ἀπὸ ταύτης γὰρ δεῖ ΚΑΘΗΡΑΣΘΑΙ τὸν λογικὸν ἡμῶν νοῦν, ἐπεὶ καὶ ταύτης ἀφῆλθεν * ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῇ γενέσει. * ἄμα δὲ καὶ τοῦ σωματοειδοῦς ἡμῶν σώματος πρότερον σῶμα ὄντων ὄν, καθαρθῆναι δεῖ καὶ τοῦτο, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸ συμπαθείας ἀπαλλαγῆναι. λείπεται δὴ ἓν ἡ τοῦ ψυχικοῦ σώματος ΚΑΘΑΡΣΙΣ, ἣν ποιήσασθαι δεῖ τοῖς ἱεροῖς ἐπόμενον θεσμοῖς, καὶ τοῖς ἱεροῖς τέχναις. σωματικωτέρα δέ πως αὕτη ἡ ΚΑΘΑΡΣΙΣ. διὸ καὶ ὑλῶν ἐφάπτεται παντοδαπῶν θεραπεύσας παντοίως καὶ μεταπείθουσα θρασυτέρως τὸ ζωτικὸν τοῦτο σῶμα χωρεῖν ὕλης, καὶ ἀναπλῆναι πρὸς τὸ αἰθέριον τόπον

homo autem per ista: omnibus quidem PURGARI atque perfici necesse est; modum autem, qui in utraque natura emineat, retinere. Est enim alia alius PURGATIO. Verbi gratia; animi rationis participis (si quidem id spectes quod ratiocinandi vim habet) PURGATIO scientiæ effectrix veritas est; sin autem ad opinionem attendas, virtus ea quæ in consultatione posita est. Cum enim ita simus natura efformati, ut quæ sursum sunt contemplemur, regamus autem quæ deorsum: veritate quidem ad illa, civili autem virtute ad ista indigemus; ut sempiternarū quidem rerum contemplationi, eorum vero actioni quæ decent incumbamus. In utrisq; autem ejus quod rationi adversatur procellas effugerimus, si divinis finibus nos ipsi contineamus. Decet enim eo naturam nostram rationis participem mundare, quando & istam in generatione præcessit. Quoniam vero lucido etiam corpori nostro adnatum corpus mortale est; decet & istud quoque PURGARI, suaque ipsum contagione liberari. Supereſt igitur animalis corporis PURGATIO, quam decet facere sacrarum legum, atque ejusdem generis artium observatione. Sed est quodammodo crassior isthæc PURGATIO: quo fit, ut quacunque materias attingat, sanans penitus, & eo statim animale corpus istud adducens, ut materia se liberet, & in æthereum

locum evolet, in quo sedem habere primæ ipsi felicitas fuit. Quæcunque autem circa istud fiunt, si ita fiunt ut Deo convenit, non autem præstigiatorie, virtutis atque veritatis regulæ convenire reperiuntur. PURGATIONES enim animi rationis participis lucido etiam vehiculo præcavent, ut cum earum opera pennas adeptum fuerit, iter ad superiora nihime impediatur. Fuerit vero pennarum ipsi productio optima, si paulatim terrenarum rerum agitetur repudium; sique materiam vitare adsuescat; si ea etiam inquinamenta deponat, quibus, propter conjunctionem quam cum materiali corpore habebat, abundabat. Istis enim reviviscit quodammodo & colligitur, divinoque robore impletur, animi denique intellectuali perfectioni conjungitur. Quid igitur si ad ista conferant CIBI nonnulli? iis proculdubio, quibus separari ab omnibus quæ sunt morti obnoxia usitatum est, prima ad PURGATIONEM via fuerit, si nonnullis istinc statim abstineant penitus, eisque maxime quæ animo voluptatem adferunt, aut mortale corpus ad venerem excitant. Itaque & symbolicis præceptis nonnullorum jussa est abstinentia, sensum quidem primum habens ampliorem atque generaliorem; sed consequenter & hoc ipsum etiam cavens peculiariter, cujus mentionem

facit

τόπον. ὅπως ἡ κατάταξιν ἔχειν αὐτῷ εὐδαιμονία ἦν πρὸς τὴν. πάντα ἢ τὰ περὶ τοῦτο ῥηθέντα, ἐὰν θεωρεῖτῶς, καὶ μὴ ἀγυρτικῶς γένῃ, ζωοπόθητα τοῖς ἐ ἀρετῆς καὶ ἀληθείας κανόσιν διείσκεται. αἱ γὰρ τῆς λογικῆς ψυχῆς ΚΑΘΑΡΣΕΙΣ, καὶ τὰ αὐγοειδὲς ὀχήματος πεφυκυῖαν, ὅπως ἂν αὐταῖς ὑπόπτερον καὶ τοῦτο ῥυόμενον μὴ ἐμποδὼν ἴσῃ πρὸς τὴν ἄνω πορείαν. πλεονεξία δὲ αὐτῇ ἀεὶσι ἢ χρὴ μικρὸν μελέτη τῆς τῶν περιττῶν ἀποχάσεως, καὶ πρὸς τὴν ἀϋλίαν ἐθισμὸς, καὶ ἡ ἀπόθεσις ὧν ἂν ἐπιλάβῃ μολυσμοῦ ἐκ τῆς πρὸς τὸ ὑλικὸν σῶμα συζεύξεως. διὰ γὰρ τούτων ἀναβιώσκεται τρόπον τινὰ, καὶ συλλέγεται, καὶ θείᾳ πληρεῖται τόνῳ, καὶ τῇ νοερᾷ τελειότητι ἐ ψυχῆς ζωπάτει. τί δὲ εἰ * ὀνίων βρωμάτων πρὸς ταῦτα συμβάλλοιτο ἄν; * ἢ τοῖς ἐθιζομένοις ἀπὸ πάντων χωρίζεσθαι τὴν θνητὴν, * καὶ τὸ πνεῦν ἐντεῦθεν ἥδιον παντελῶς ἀποχέσθαι, καὶ μάλιστα τῶν γλυκοθυμένων, καὶ καταπιεζόντων εἰς ῥᾳστώνην τὸ θνητὸν σῶμα, πρόσφορον ἂν γένοιτο εἰς ΚΑΘΑΡΣΙΝ. διὸ καὶ ἐν τοῖς συμβολικοῖς παραγγέλμασι ἐπετάττετό τινων ἀποχὴ, μείζονα μὲν καθολικώτερον ἔχουσα τὴν πεφυγμένην νῦν· ἐπομένως ἢ καὶ τὸ μεμιχθαι τούτοις ἀπείργουσα, ἃ ἂν τῷ μιαίνειν ἐκάστοτε

* χρ' ἔνια

* χ' ἢ

ἐάσοτε ποιῆ· ὅῃ, μήτραν ζῴα μὴ ἐᾶιεν. τοῦτο γ' ὑπωσὶ λεχόμενον, ἑνὸς πνὸ ἀφίσησιν ἡμᾶς τῆ θεῖ γλώ, κ) τότε σμικροτάτε. ἐὰν γ' εἰς τὸ πολύσεν τ Πυθαγορικῆς βαδύτη· ἀπίδης, τ ὅλω τ ψυχέσεως ἀποχώ, δι' ἑνὸς πνὸ αἰσθητῆ διδαχθήσῃ, κ) ὡς ἐν βεώμασι τοῦτο ὁ θεσπεσιώτατος. ὡς δὲ ἐν τοῖς τὸ αὐτοειδὲς καθαρσίοις τὸ ἀπὸ τότε νοέμενον ὀπτικῶς δίσωμεν, ὁμοίως κ) τὸ καρδίαν μὴ ἐᾶιεν, θεσηγμένος μὲν εἰς τ τῆ * μυθικῆ καλέσασιν μὴ εἶναι λέγει· καὶ ἐπακολέθησιν δὲ κ) τ τῆ μέρες ἀποχώ εἰσηγεῖται. κ) δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, κ) τὸ ἀνησιμαίων ἀπέχεσθαι δεῖν, θεωρήσωμεν τὸ μὲν ὅλον τ ἀνητῆς φύσεως ἀπείργειν ἡμᾶς· ἥδη δὲ κ) τῆς θεῖ ἀδύτων κ) ἀνιέρων σαρκῶν μεταλήψεως. δίκαιον γὰρ θεῖ συμβολικῶν νοητήσεων κ) τὸ θεφερόμενον φυλάτειν, κ) τὸ εἴσω νοέμενον. ὁπ γὰρ τ συνεχῆς τῆ ὁμονομένε τηρήσεως ἡ θεῖ μειζόνων μεταῖται κατόρθωσις. ὅπως ἂν καὶ νῦν ἀκεσώμεθα, ὡς διὰ βραχυτάτε λόγε μεγίστων ἔργων ἀρχὰς ἡμῖν ἐνιδρύσῃ τῆ ἔπες. ΕΙΡΓΟΥ γάρ φησι * ΒΡΩΜΑΤΩΝ· ὁ τωτόν ἐστι τῆ, ἀπέχε φθαρτῆ σωμάτων. ἐπεὶ δὲ ὁ πάντων νῦν ἀπέχεσθαι δυνατόν, ἐπάγει, ΩΝ ΕΙΠΟΜΕΝ. κ)

* χ' δυμικῆ

* χ' ΒΡΩΓΩΝ

facit sæpissime. Quale est, cum animantis vulvam comedi prohibet. Quod cum ita dicitur, à certa quadam re, eaque tenuissima nos removet. sin autem ad Pythagoricæ profunditatis sensum multiplicem adspicias, unius certe rei nomine quæ cadit in sensus, & qua VESCI prohibet, totius rei venereæ tibi significatur abstinentia. Ut autem in lucidi corporis PURGATIONIBUS id ipsum curemus quod intelligit, similiter & cor edere prohibet: ut præcipue quidem ab iracundia revocet, ex consecutione autem, ut ab eadem etiam parte abstinendum esse demonstret. Eadem vero ratione & illud, quo morticinis abstinere præcipit, à mortali natura rejicit: immo vero ab earum participatione carnium quæ sunt ad sacrificia ineptæ atque prophanæ. Est enim justum in symbolicis præceptis & id observare quod nominatim cavetur, & id ipsum etiam quod intus significatur. Parit namque assidua ejus quod apparet observatio, virtutis curam amplorem. Sic igitur & nunc ista intelligamus, tanquam oratione brevissima ingentium operum principia versu nobis præbeantur. Cum enim CIBIS ABSTINERE præcipit, idem intelligit ac si corporibus vesci prohibeat quæ corruptionem patiuntur. Quoniam autem nunc CIBIS omnibus ABSTINERI non potest, QUOS DIXIMUS

adjun-

adjungit. Addit deinde quo loco de omnibus dictum sit, cum ET IN PURGATIONIBUS, ET IN ANIMI SOLUTIONE infert: ut CIBORUM ABSTINENTIA corporei vehiculi splendorem ea curet diligentia, quam par est PURGATIO ANIMO & materialibus impedimentis SOLUTO impendere. Addit præterea hujusmodi studio rationis JUDICIUM, quod lucidi corporis curam animi puritati congruam possit adhibere. Itaque & AURIGAM MENTEM ipsum appellavit, tanquam quæ ad hoc esset natura comparata, ut currui bene regendo præesset. MENTEM quidem, quia ratione prædita facultas sit: AURIGAM autem, quia corpori moderetur, atque præsit. Est vero amatorius oculus super AURIGAM collocatus. Quamvis enim animus unus sit, oculo tamen veluti contemplatur veritatis campum, & vi sua, tanquam manu, congeritum sibi corpus cohibet, atque ad seipsum convertit, ut totus Deum intueatur, divinamque similitudinem adipiscatur. Atque hæc quidem est abstinentiæ forma generalis, & quanta bona sibi proponat. Quæ autem singillatim in sacris apophthegmatis secreto tradita sunt, etsi singula peculiarem abs-

καὶ πᾶ πρεῖ τέτων εἴρηται τὸ ΕΝ ΤΕ ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ, ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ· ἵν' ἡ ΑΠΟΧΗ ΤΩΝ ΤΡΟΦΩΝ τῆς διαγείας τῦ σωμαλικῦ ὀχήμαλ]Θ ἐπιμέλειαν ποιεῖ] φρέωσαν τῇ ΚΑΘΑΙΡΟΜΕΝΗ ΨΥΧΗ καὶ ΑΠΟΛΥΟΜΕΝΗ τῆ ὑλικῶν κατόχων. τῇ δὲ τοιαύτῃ ἐπιτηδύσει τὸν ΚΡΙΤΙΚΟΝ ἐφίσησε λογισμὸν, τὸν δωάμενον τ τῦ αὐτρεισθὲς θεραπείαν τῇ καθαρότητι τῆς ψυχῆς σύμφωνον ἀποδῶναι. διὸ κ] ΗΝΙΟΧΟΝ ΓΝΩΜΗΝ αὐτὸν πρεσηγόρδυσιν, ὡς ἐρεσάναι πρυκότα τῇ τῦ ὀχήμαλ]Θ εὐταξία. ΓΝΩΜΗΝ μὲν, ὅτι λογικὴ δωάμις ἰῶ· ΗΝΙΟΧΟΝ δὲ, ὅπ ἐραπομόν κ] ὄπισᾶσα τῦ ζώμαλ]Θ. τὸ δὲ ἐρωπικὸν ὅμμα ὑπ ΗΝΙΟΧΟΝ τέτακ]. εἰ γὸ κ]μία ΨΥΧΗ, ἀλλ' ὅμμάπ μὲν ὅ]ι θεωρεῖ τὸ τ ἀληθείας πεδίον· τῇ ἢ ἀνακλόσῳ πρὸς χεῖρα δωάμει τὸ συμφυὲς σῶμα καπέχει, κ] πρὸς ἑαυτὸν ὀπισρέφει, ἵν' ὅλη πρὸς τὸ θεῖον ἴδῃ, κ] τ θείαν ὁμοίωσίν κλήσι]Θ. κ] ὁ μὸ καθόλυ τ ἀποχῆς τύπος πιθ]Θ, κ] τοσάτων ἀγαθῶν σοχαζόμιν Θ. τὰ ἢ ὅλα μέρη ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀποφθέγμασιν ἐν ἀποῤῥήτῳ παρειλήφ]ο, ὧν ἕνεκον εἰ κ] μιεικὴν ἀπο-

ἀποχλὼ εἰσιγεῖτο, ὅθ, κυάμων μὸ ἐν ἀσάρ-
μασι, θνησιδείων ἢ ἐν ζώοις, καὶ τούτων κρὴ
γλύφ, ὡς ὅπι ἰχθύων τὸ, ἐρυθρινῦ ἀπέχε, κὴ
ἐν χερσαίοις ἄγε, κὴ ἕτερα πρὸς ἐν πλωοῖς· κὴ
τὸ τελευτῶον, μέρη πνὰ ζώων ἀπηρτῆθαι,
ὅθ, κεφαλλὼ μὴ ἐνδέειν, μηδὲ καρδίαν. ὅμως
κὴ ἐν ἑκάσῳ τούτων ἢ τελειότητα ἢ καθάρσε-
ως ἐναπετυπῶντο ὁ λόγ φ· διὰ μὼν πνας φυ-
σικὰς ἰδιότητας τόδε, ἢ τόδε εἰς σωματικλὼ
ἀποχλὼ καταπάξας· δι' ἑκάσε ἢ τῆς θνητῆς
περιπαθείας κάθαρσιν εἰσηγέμφ, κὴ ἐδίζον
διὰ πάντων εἰς ἑαυτὸν ὅπι περιφλῶαι ἢ ἀν-
θρωπον, κὴ τὸ μὲν ἢ νῦ ἕστως κὴ φθορᾶς τόπε
ἐξαναδυῶαι, πρὸς ἢ τὸ Ἡλύσιον πεδίον κὴ αἰ-
θέρα τὸν ἐλεύθερον μετοικήσαθαι. ἐπεὶ δὲ ἢ ἐν
τάξει τλὼ ὀπάδοσιν τῆς ἀποχῆς ἐποιοῦντο, διὰ
τοῦτο κὴ μαχόμφα ὡς ἂν οἰηθείη πς, δύσκε ἢ
παρ' αὐτοῖς σύμβολα, (τῷ γὸ, ζώων ἀπέχε, τὸ
καρδίας ἀπέχε ἑαυτόν· εἰ μή πό πς τὸ μὲν,
καρδίας ἀπέχε, τοῖς ἀρχομένοις παρηγέλθαι
λέγοι· τὸ ἢ ζώων, τοῖς ἤδη τελείοις. εἶτ' ἐπὶ ἢ
κρὴ μέρ φ ἀποχῆ, οἷς τὸ ὅλον ζῶον ἀπηρ-
τῆθαι) διὸ ὁ παρέργως περιέχειν δεῖ τῇ τάξει
ἢ ἀναβάσεως, ἵν' ἐμφαίνει τὰ ἔπη. ΕΙΡΓΟΤ
λέγ φησιν *. εἶτα, ὥσπερ ἐρωτῶντός πν φ,
ΠΟΙΩΝ; ἀπεκείνατο, Ω'Ν ΕΙΠΟΜΕΝ·

* ΒΡΩ-
ΤΩΝ

κὴ

abſtinentiam inſinuent; ut fabarum quidem in ſeminibus, carnium autem in animalibus; & in his ſecundum genera, quemadmodum in piſcibus, cum rubellione abſtinendum præcipit, & in terreſtribus alio, & alio etiam in avibus; cum denique partes aliquas animalium prohibet, uti capite non veſci, neque cauda. In his tamen ſigillatim PURGATIONIS perfectionem eo ipſo exprimit oratio, quod per proprietates quaſdam naturales hoc vel illud ad corporalem quidem abſtinentiam diſponit; per unumquodque autem mortalis affectionis PURGATIONEM inſinuat; & per omnia efficit ut ad ſe converti homo adſueſcat, locumque generationis atque interitus relinquat, & ad campum Elyſium, liberumque ætherem commigret. Quoniam autem ordine Pythagoreis fiebant abſtinentiæ progreſſus, unde etiam ſymbola nonnulla apud eos ſibi repugnare aliquis exiſtimaverit: (eſt enim quod animantibus abſtinere jubet, ei contrarium, quod veſci corde prohibet: niſi iis qui initiantur hoc quidem tradi, illud autem adultis atque perfectis putes. Eſt autem parte abſtinere ſuperflue imperatum, quibus totum animal vetitum eſt) ideo diligenter attendere oportet ad ordinis rationem, quæ verſibus ipſis indicatur. ABSTINE enim, ait, CIBIS. deinde, tanquam quibus interrogante aliquo; QUOS DIXIMUS, reſpondit.

Et

Et rursum, cum secundo quæri posset, ubi DIXISSENT Pythagorei, & in quibus disciplinarum traditionibus ciborum abstinentiam docuissent; IN PURGATIONIBUS, ANIMIQUE SOLUTIONE, adjecit: tanquam præcedere PURGATIONES, sequi autem SOLUTIONEM significet. Sunt vero ANIMI ratione præditi, PURGATIONES mathematicæ disciplinæ. SOLUTIO autem sursum promovens, ratiocinatrix eorum quæ sunt inspectio. Quo factum est, ut singulariter locutus sit, quando INQUE ANIMI SOLUTIONE adjecit; cum disciplinas multas mathematicè complectatur. Illis ergo, quæ de ANIMO ad PURGATIONEM atque SOLUTIONEM peculiariter dicta sunt, ea etiam par est adjungere de splendido corpore, quæ ipsi conveniant. Est igitur necesse ad PURGATIONES quæ fiunt disciplinis, eas etiam accedere quæ mysticæ sunt; & ad ratiocinatricem SOLUTIONEM, sequi sacerdotalem disciplinam quæ sursum evehat. PURGANT enim ista propriè, & ANIMI ratione participis spiritale vehiculum perficiunt. Liberant præterea sordibus a ratione alienis, & ad mundorum spirituum congressus idonee habendos præparant. Est enim impuro quod purum est nefas attingere. Quemadmodum igitur

καὶ πάλιν, πρὸς δευτέραν πεῦσιν ζητοῦσι; τί εἶπον οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ ἐν ποίαις μαθημάτων πραγδόσεσιν ἀποχὰς βρωμάτων εἰρήκασιν; πάλαι, ΕΝ ΤΕ ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ, ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ· ὡς τῆς μὲν ΚΑΘΑΡΜΩΝ πρηγουμένων, τῆς δὲ ΛΥΣΕΩΣ ἑπακολουθούσης. ΚΑΘΑΡΜΟΙ * λογικῆς ΨΥΧΗΣ εἰσιν * καὶ μαθηματικαὶ ὀπτικῆμαι· καὶ ἀνάγωγοι ΛΥΣΙΣ ἡ διανοητικὴ τῆς ὄντως ἐποπτεία. διὸ καὶ ἐνικῶς ἀπήγγελται, ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ· τῆς μαθηματικῆς πλείσων ὀπτικημάτων πρειεχούσης. τοῖς ἓν ὅτι ΨΥΧΗΣ εἰς ΚΑΘΑΡΣΙΝ καὶ ΑΠΟΛΥΣΙΝ οἰκείως παρειλημμένοις, δεῖ τὰ ἀνάγωγα τὰ καὶ ὅτι τῶν αὐγοειδῶς ὀπτάξαι. ἀκουῶ τοῖς τε μαθηματικοῖς ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ τοῦ τελεστικοῦ ζωοειδέναι, καὶ τῇ διανοητικῇ ΛΥΣΕΙ τὸ ἱερατικὸν ἀναγωγὸν ζωοπρεπῶς ἀνάγκη. ταῦτα γὰρ ἰδίως ΚΑΘΑΙΡΟΝΤΑ, καὶ τελειοῦντα τὸ πνευματικὸν ὄχημα τῆς λογικῆς ΨΥΧΗΣ, τὸ μὲν ὑλικῆς * ἀζωΐας αὐτὸ χωρίζει· πρὸς δὲ * ἀπ'- τὸ τῆς καθαρῶν πνευμάτων ζωοειδῆ ὀπτη- ἀταξίας. δείως ἔχειν παρασκευάζει. μὴ καθαρὸν γὰρ ἀλο- καθαρῷ ἐφάπτεσθαι θέμις. ὥσπερ γίας

ὧν τῷ ψυχικῷ ὀπτέον καὶ ἀρετῇ δεῖ κοσμεῖσθαι, ὅπως τοῖς ἀεὶ τοιούτοις ζωοῖναι δύνηται· ὅτου καὶ τὸ αὐγοειδὲς καθαρὸν καὶ ἄϋλον δεῖ παρασκευάσαι, ἵνα τὴν τῶν ἀϊδίων ζωμάτων ἀπόλαυσιν καὶ κοινωνίαν. δι' ὁμοιότητα γὰρ πάντα φιλεῖ πρὸς ἄλληλα ζωοπρεπῶς· τῇ δὲ ἀνομοιότητι καὶ τὰ ἐγγὺς ὄντα τοῖς τόποις χωρίζεται. τοῦτο δὲ τελειοτάτης φιλοσοφίας τὸ μέρος οἱ Πυθαγόρειοι παρέδοσαν, πρὸς τὸ ὅλῳ τῷ ἀνθρώπῳ τελειότητα οἰκεῖον, καὶ σύμμετρον. ὁ γὰρ ψυχὴς μόνης ἀπιμέλειαν ποιούμενος, τοῦ δὲ σώματος ἀμελῶν, οὐδ' ὅλον ἄνθρωπον ΚΑΘΑΙΡΕΙ. πάλιν δ' αὖ ὁ τοῦ σώματος οἰόμενος δεῖν ὑπηρετεῖσθαι χωρὶς τῆς ΨΥΧΗΣ, ἢ τὰς τοῦ σώματος θεραπείας συντελέσειν τῇ ΨΥΧΗ μηδὲν δι' ἑαυτῆς ΧΑΘΑΙΡΟΜΕΝΗ. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀμφοτέρων οἰκείως θεραπευόντων, * καὶ κατὰ τοῦτο ζωοπρεπῆ τῇ τῶν ἱερῶν τέχνῃ ἡ φιλοσοφία, ὡς περὶ τὸ αὐγοειδὲς κάθαρσιν παρασκευάζουσα, ἐὰν εἰ χωρίσειας τὸ φιλοσόφου νοῦ, ἐκεῖ τὸ αὐτῷ δύναμιν εὑρήσεις. καὶ δὴ τῶν συμπληρούντων τὴν ἡμετέραν τελείωσιν τὰ μὲν ὁ φιλόσοφος νοῦς παρεξεύρε· τὰ δὲ ἡ τελεστικὴ ἐνέργεια σωζούσα τῷ φιλοσόφῳ νῷ ἐπομένη. τελεστικὴν δὲ ἐνέργειαν λέγω τὸ αὐγοειδὲς

ΚΑΘΑΡ-

* καλῶς ποιεῖ. ἢ, εὖ λέγως ποιεῖ.

igitur ANIMUM scientia atque virtute ornari decet, ut cum talibus versari queat: sic & lucidum corpus purum exsistere, materiaque carere, ut æthereorum communicationem queat tolerare. Solent enim similitudine cuncta inter se conjungi: dissimilitudine autem, etiam quæ vicina sunt loco moveri, atque separari. Hunc præstantissimæ philosophiæ modum, ad cumulatam hominis perfectionem aptum & convenientem, rradiderunt Pythagorei. Qui enim animi solum curam gerit, corpus autem negligit; non hominem PURGAT integrum. Et qui corporis rursum, neglecto animo, habendam sibi solum esse rationem existimat; aut conducere aliquid ejus studium, EXPURGATO nequaquam per se ANIMO; idem peccat & ipse. Qui autem per utrumque apte incedit, jure id facit, & ita Philosophiam cum sacrorum arte conjungit, quæ in splendidi corporis PURGATIONE occupata est; quam si à philosophica mente separaveris, non amplius vires easdem habere inveneris. Ex his enim quæ perfectionem nostram complent, alia quidem philosophica mens prius invenit; alia autem adjecit mystica operatio quæ mentem philosophicam sequitur. Voco autem mysticam operationem, lucidi corporis

purgandi facultatem: ut universæ quidem philosophiæ moderetur quod vires habet contemplandi, tanquam mens; sequatur autem quod in agendo positum est, tanquã facultas. Sunt vero ejus quod in actione consistit species duæ, civilis & mystica. Illa quidẽ virtutum ope eo ipso nos liberans quod est rationi contrarium; hæc autem sacris artibus terrenas cogitationes amputans. Exsistunt porro civilis philosophiæ indicium non parvum, leges ipsæ quæ in publico positæ sunt: mysticæ autem philosophiæ, civitatum sacra. Est præterea totius quidem philosophiæ apex mens contemplans; medium autem civilis; ultimum vero mystica: retinetque quod primum est (si cum reliquis duobus comparetur) oculi quidem similitudinem, manus autem atq; pedis rationem, quæ sequuntur, si cum primo conferantur. Quæ quidẽ omnia ita sunt inter se conjuncta atq; ordinata, ut sit imperfectum quodlibet, ac stultum propemodum, si reliquis destituatur. Quo fit, ut in unum coire oporteat veritatis inventricem scientiam, & vim illam quæ virtutem profert, & eam etiam quæ puritatem operatur, ut menti duci congruum exsurgat civile opus, utque ambobus istis consentaneum bonum proferatur. Atque hic quidem finis est Pythagoricæ disciplinæ; ut toti penitus alati fiamus ad bonorum divinorum perceptionem. ut cum mortis tempus instabit, relicto

ΚΑΘΑΡΤΙΚΗΝ δωάμιν, ἵνα τῆς ὅλης φιλοσοφίας τὸ μὲν θεωρητικὸν θεσπιῴδῃ, ὡς νῦς· τὸ δὲ πρακτικὸν, ὡς δυνάμις ἐπῃ· τῶ δὲ πρακτικῶ δύο θεωμῶν εἰδῶν, πολιτικὸν, καὶ τελεστικόν. τὸ μὲν διὰ τῆ ἀρετῆ τὰ ἀλογίας ἀποκαθαῖρον ἡμᾶς· τὸ δὲ, διὰ τῶν ἱερῶν μεθόδων τὰς ὑλικὰς φαντασίας ἀποτέμνον. δεῖγμα δὲ μικρὸν τὸ μὲν πολιτικῆς φιλοσοφίας, οἱ ἐν κοινῶ κείμενοι νόμοι· τὸ δὲ τελεστικῆς φιλοσοφίας, τὰ τῶν πόλεων ἱερά. καὶ ἔστι τὸ μὲν ἀκρότατον τῆ ὅλης φιλοσοφίας ὁ θεωρητικὸς νῦς· μέσον δὲ ὁ πολιτικὸς· καὶ πείσιν ὁ τῆγεστικός. τῶ μὲν θρώτω θεὸς τὰ δύο τῆ ὀφθαλμῶ ἀναλογίαν ἀποσώζοντι· τῆ δὲ μεῖ αὐτὸ θεὸς ἐκεῖνο τῆ χειρὸς καὶ ποδὸς ἀξίαν ἐχόντων. θρὸς ἄλληλα δὲ πάντων ζωῆ ἐσταμένων, ὡς ἀτελὲς εἶ ὁπῶν τούτων, καὶ ἐγγὺς μάταιον, μὴ τῆ τὰ λοιπῶν σωτερείας τυγχάνον. διὸ εἰς μὲν ἕνοπν ζωελθεῖν δεῖ τῆ τῆ ἀληθείας ἐυξεπκὴν ὁπῃμίαν, καὶ τῆ ἀρετῆς θεβλητικὴν δυνάμιν, καὶ πὼ καθαρότη θ ἀπεργαστικὴν, ἵνα ζύμφωνον τῶ ἡγεμένῳ νῶ τὸ πολιτικὸν ἔργον ἀποτελῆ, καὶ τούτοις ἀμφοτέροις ὁμολογούμενον * τὸ ἔργον * Χ' ἀπορραίνῃ. τοῦτο τῆ Πυθαγορικῆς ἀγωγῆς τὰ ἀγαθὰ πέρας, ὅλης δὲ ὅλων ὑπερτέρους γνέσθαι θρὸς τῆ θείων ἀγαθῶν μεταλῆψιν, ἐν ὅταν ὁ τῶ θνατου χωρὸς ἐνσῆ, καὶ ἀλιπόντες

ὀπὴ γῆς τὸ θνητὸν σῶμα, καὶ τὴν τούτου φύσιν ἀποδυσάμενοι, θεοῖς τὴν ἐρημίαν πορείαν ἔσιν ἔνζωνοι οἱ τῆς φιλοσοφίας ἀγῶνον ἀθλητάς· τότε γὰρ καὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι φάσιν, καὶ θεοπρεπεῖσθαι, ὅσον οἷόν τε ἀνθρώποις θεοὺς γενέσθαι, μιμούμενον λόγῳ διὰ πᾶσ ἕξης.

70 ΗΝ Δ' ΑΠΟΛΕΙΨΑΣ ΣΩΜΑ, ΕΣ ΑΙΘΕΡ' ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΕΛΘΗΣ·
71 ΕΣΣΕΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ΑΜΒΡΟΤΟΣ, ΟΥΚΕΤΙ ΘΝΗΤΟΣ.

Τοῦτο πέρας πάντων πόνων τὸ κάλλιστον· τοῦτο, Πλάτων φησὶν, ὁ μέγας ἀγών, καὶ ἐλπὶς ἡ μεγάλη· τοῦτο τὸ φιλοσοφίας ὁ τελεώτατος καιρός· τοῦτο τὸ ἐρωτικῆς, καὶ τελεστικῆς ἔργον τέχνης τὸ μέγιστον, οἰκειῶσαι μὲν καὶ ἀναπαύσειν πρὸς τὰ ὄντως καλὰ· ἀπολῦσαι δὲ τῆσδε πόνων, ὡς ἐκ πυρὸς καταύσεως ἀγλαΐας τῆς ἐνύλου ζωῆς, καὶ ἀναπαύσειν πρὸς τὰς αἰθερίους αὐγὰς, καὶ ταῖς μακαρείαις ἐνιδρύσαι νήσοις, τὸν διὰ τὴν θεουργημένων ὁδὸν δίσαντας· τούτοις γὰρ καὶ τὸ τῆς * ἀποδέσεως ἀπόκειται γέρας. ἐπεὶ εἰς μὲν θεῶν ἡ δεμὶς ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ, ἢ τῷ κλησαμένῳ ἀληθειαν μόνῃ, καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ, καθαρότητα δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι.

* ἴσως ἀποθεώσεως

ὅπω

in terra mortali corpore, ejusque natura exuta, ad cœleste iter expeditiores fiant philosophicorum certaminum athletæ. tum enim in primum statum illos restitutum iri, & Deos fore, quantum licet hominibus, versibus indicatur qui sequuntur.

70 SIN AUTEM RELICTO CORPORE COMMIGRES AD LIBERUM AETHERM; 71 ERIS IMMORTALIS DEUS, INCORRUPTIBILIS, NEC AMPLIUS MORTI OBNOXIUS.

Sic ubi depositō vacuus te ceperit æther
Corporē, vivus ages semper, semperque beatus.

Hic est laborum omnium finis præstantissimus. Hoc certamen, inquit Plato, magnum; hæc spes ingens. Hic Philosophiæ fructus perfectissimus. Hoc amatoriæ atque mysticæ artis opus maximum: ea videlicet conciliare & afferre quæ vere bona sunt; malis autem, quibus hic opprimimur, tanquam ex profundo fæculentæ hujus vitæ specu, eripere, & ad ætheream lucem evehere, inque beatorum insulis eos qui superius iter secuti sunt, collocare. Hos enim etiam exspectat præmium relationis in Deos, in quorum ordinem adsciscī nemini fas sit, nisi qui veritatem quidem atque virtutem animo ipso adeptus sit, puritatem autem spiritali ejus vehiculo.

Ita enim sanus quidam atque integer effectus in primi habitus formam restituitur, ubi ad seipsum verarum rationum collectione redierit, omnemque divinum ornatum agnoverit, & hujus universi opificem invenerit. Id autem ubi fuerit effectus (quantum potest post PURGATIONEM) quod semper iis sunt qui in generationem natura non cadunt; notitiis quidem in universo etiam ad Deum ipsum evehitur: sed quia congenitum corpus habet, etiam loco indiget in quo, astri more atque ordine, veluti sedem exquirit. Conveniat vero corpori ejusmodi locus ille qui proxime sub luna sequitur; tanquam corporibus quidem corruptioni obnoxiis superior, inferior autem cœlestibus; quem LIBERUM AETHEREM nominant Pythagorei. AETHEREM quidem, tanquam materiæ expers, atque æternum corpus; LIBERUM autem, tanquam materialium perturbationum vacuum. Quid igitur, cum eo pervenerit, aliud futurus est, quam quod innuit, cum FORE IMMORTALEM pronuntiat; non quidem natura, sed iis similem de quibus in versuum principio locutus est? Qui enim quod facto progrediendi initio ad virtutem pervenit, atq; est in deorum numerum relatum, idem unquam cum iis valeat exsistere quæ ab æterno sunt ejusmodi? Atqui id ipsum etiam indicat, quod sequitur; FORE enim DEUM IMMORTALEM,

INCOR-

ἕπω γὰρ ὑγιής τις καὶ ὁλόκληρος γηρύσκῃ εἰς τὸ τῆς ἀρχαίας ἕξεως εἶδος ἀποκαθίστα), διὰ τῶν θεσπεσίων λόγων ἐνώσεως ἀπολαῦσαν ἑαυτὸν, καὶ πάντα τὸν θεῖον κόσμον ἀναγωγεύσας, καὶ τὴν δημιουργικὴν τυχὸν τῶν παντὸς ἐξαυρών. τοῦτο γηρύσκῃς, ὡς οἷόν τε μὴ τὸ ΚΑΘΑΡΣΙΝ, ὃ ἀεὶ εἰσιν οἱ μὴ εἰς γῆν πίπτειν πεφυκότες, τὴν μὲν γνῶσιν ἐν τῷ παντὶ καὶ φῶς αὐτὸν ἀνάγκη τοῦ θεοῦ· σῶμα δὲ συμφυὲς ἔχων, ὅπου δεῖ εἰς κατάταξιν ἀσφαλῆ, οἷον θέσιν ζητεῖ. πρέποι δ' ἂν τῷ τοιούτῳ σώματι τύπος ὁ τοῦ σελήνου φερεσχὼς, ὡς ὑπερέχων τῆς μὲν φθαρτῆς σωμάτων, ὑποδεέστερος δὲ τῆς ἀστρίνου, ὃν ΑΙΘΕΡΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσιν. ΑΙΘΕΡΑ μὲν, ὡς ὕαλον καὶ ἄϋλον ζῶμα· ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ δὲ, ὡς ὑλικῶν παθημάτων καθαρόν. τί οὖν ἐκεῖσε ἐλθὼν ἔσῃ, ἢ τίς, ὅ φησιν, ΕΣΣΕΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ὁμοιώσῃς τοῖς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν λεχθεῖσιν ἀθανάτοις θεοῖς, ἃ φύσει ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ; πῶς γὰρ τὸ ἀπὸ χρόνου πρὸς φθορὰν, καὶ ὀπαδεῖσκος εἰς ἀρετὴν, καὶ ἀποθέωσιν, τοῖς δὲ ἀϊδίοις τοιούτοις εἰς τιμὴν ἂν πολεμαίη; δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ προθήκη· ΕΣΣΕΑΙ γὰρ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ἐπήγαγε,

ΑΜ-

ΑΜΒΡΟΤΟΣ, ΟΥΚ ΕΤΙ ΘΝΗΤΟΣ;
ἵνα καὶ ἀφαίρεσιν τῆς θνητῆς, ἡ θεοποιία
ἡμῖν ἐνυπάρχουσα, ὑπὸ ἐπιστροφῆς καὶ
ὅπλοσιν ὑπηνωμένη. ὡς ἄλλο γένος ἐστὶ τὸ
ΘΕΩΝ ΑΘΑΝΑΤΩΝ μὲν τῇ ἀνόδῳ,
ΘΝΗΤΩΝ δὲ τῇ καθόδῳ μεγομένων, οἳ
καὶ τὰ ἀγαυὰ ἡρώων ἐξ ἀνάγκης ὑποδεδή-
κασιν· εἰ γὰρ ἐκεῖνοι μὲν ἀεὶ νοῦσι τὸν θεόν· ἔστι
δὲ καὶ εἰς ἄνοιαν αὐτῆς ποτὲ πίπτουσιν. ὁ γὰρ δὴ
τὸ πείσον γένος τελεώτερον, ἢ τὸ μέσον γένος
* δὲ ἂν πείσον, ὁμοιῶ * τῷ πρώτῳ γένει ὑποβεβλη-
μένον τῷ μέσῳ. ἡ γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἐν ἀνθρώποις
ὁρωμένη τοῦ ὑφανίους ὁμοιότης, ἤδη
πρόπαρχει τελεώτερον καὶ περσυφεστέρον τοῖς
ἡρωϊκοῖς καὶ μέσοις γένεσι. καὶ ἔτι καινὴ καὶ μία
πάντων ἡ λογικῶν γενῶν τυγχάνει θεωρεῖται
ἡ πρὸς τὸ δημιουργὸν ἕδρα ὁμοιότης. αὕτη δὲ
ἀεὶ μὲν καὶ ὡσαύτως ὑπάρχει τοῖς ὑφανίοις· ἀεὶ
δὲ μόνον, καὶ οὐχ ὡσαύτως δὲ τοῖς μονιμοῖς αἰ-
θερίοις. ὅτε δὲ ἀεὶ, ὅτε ὡσαύτως, τοῖς μετα-
πίπτουσι αἰθερίοις, καὶ ὅλη γῆς πολλὰ διέδαι πε-
φυκόσι. τὸ δὲ πρώτως καὶ ἀρίστως ὁμοίωσιν
εἰς ἕδραν εἴ τις τὸ δεύτερον καὶ τρίτης ἀπόκα-
σίας παράδειγμα ποιοῖτο, ἢ τὸ δεύτερον τῆς
* δὲ τρίτης, λέγοι ἂν ὀρθῶς. ὁ μόνον ὑποπὸς
ὁμοιω-

INCORRUPTIBILEM, NEC AMPLIUS MORTI OBNOXIUM adjicit: ut ejus quod morti subjectum est ademptione, DEOS nos factum iri significet; cum neque natura, neque substantia tales exsistamus, sed progressu atque profectu evadamus. Quo fit, ut aliud genus istud DEORUM sit, adscensu nimirum IMMORTALE, descensu vero MORTALE; heroibusque illustribus necessario inferius; cum illi quidem Deum semper mente complectantur; isti autem in ejus ignorationem aliquando incidant. Non enim certe tertium genus fuerit, cum perfectum evaserit; aut ejus respectu quod medium est tertium fiet: sed erit primo generi simile, cum mediis subjectum sit. Quæ enim habitudine cum cœlestibus esse videtur hominibus similitudo, perfectius jam & arctius heroicis mediisque generibus ante inest. Quo fit, ut communis & sola generum omnium ratione præditorum ea videatur esse perfectio, quæ ad opificem Deum accedit. Eadem vero semper quidem, atq; similiter, inest cœlestibus: semper vero tantum, nec similiter tamen, æthereis illis qui stati firmique sunt: non autem semper, neq; similiter, æthereis illis qui decidunt, & qui ita natura comparati sunt, ut versentur in terra. Primam vero atque præstantissimam similitudinem quæ cum Deo est, si quis secundæ, atque adeo tertiæ exemplar dicat, aut tertiæ secundam; non inepte dixerit. Non enim solum is scopus est,

ut

ut opifici Deo similes efficiamur; sed ut id regula optima, vel mediæ similitudinis ratione consequamur. Quod si ita perfecte minus assequimur, vel hunc saltem virtutis fructum maximum percipimus, quod naturæ nostræ modum nec ignoramus, nec ferimus indigne. Est autem virtutis permaximæ, creationis finibus, quibus omnia speciatim distincta sunt, sese continere; ipsasque sequi providentiæ leges, quibus omnia pro cujusque viribus ad bonum congruum feruntur, atque adjunguntur. Atque hæc quidem est aureorum carminum nostra explanatio, qua Pythagorea dogmata mediocri compendio in conspectum unum posuimus. Decebat enim neque versuum brevitate sermonum nostrum nos metiri: (ita namque latuisset cur optime multa præcepta sunt) neque rursum per universam philosophiam extendere: (fuisset enim id majoris operæ quam præsens ratio postulat) sed scribendi modum, quantum fieri potuit, ad eorum sensum referre, eaque tantum dicere quæ ad generalem dogmatum, quæ versibus continentur, explicationem facerent. Sunt enim nihil aliud versus isti, quam philosophiæ imago absolutissima, summorumque in ea dogmatum compendium, atque elementaris institutio posteris relicta ab iis, qui legem divinam secuti in cœlum sublati sunt:

quæ,

ὁμοιωθῆναι τῷ δημιουργῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ πρὸς κανόνα τὸν ἀείσιον, ἢ τὸν μέσιον ὁμοίωσιν. εἰ δ' ἀπολαπόμενοι τῶν τυγχάνομεν, καὶ τὸ τέλεον τῆς ἀρετῆς ἐν τούτῳ καρπούμεθα, ἐν τῷ τὸ μέσον τῆς ὑσίας ἡμῶν μήτε ἀγνοεῖν, μήτε δυσχεραίνειν. ἀκεστὴν δ' ἀρετὴ τοῖς γε τῆς δημιουργίας ὄρεσι ἐμμένειν, οἷς πάντα καλῶς εἶδος διακέκευθε, καὶ τοῖς τῆς φρονήσεως ἕπεσθαι νόμοις, οἳ δὴ τὰ πάντα κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν πρὸς τὸ σύμφερον ἀγαθὸν οἰκειοῦσι. τοιαύτη τῶν λεγομένων ἐπῶν ἡ ἐξήγησις ἡμῖν γέγονε, πρὸς ἣν ἔχουσι ἐν αὐτῇ Πυθαγορείων δογμάτων μετρίαν βοήθειαν. ἔδει δὲ μήτε ἐν τῇ τῶν ἐπῶν βραχύτητι σῆσαι τὸν λόγον (ὅπου δ' ἂν πολλὰ διέλαθεν, ὅτι καλῶς γενομοθέτηται) μήτε εἰς μῆκος ἀποτεῖναι τῆς ὅλης φιλοσοφίας αὐτὸν (μεῖζον δὲ τοῦτο, ἢ κατὰ τὸ παρόντα λόγον)· ἀλλὰ τὸ μέσον τῶν λόγων, ὅσον οἷόν τε, πρὸς τὰ τούτων ποιήσασθαι νοῦν, ποσὸν μόνον ἐν αὐτοῖς ἐξαπλώσαντας, ὅσον ἐν τοῖς καθόλου δογμάτων τῇ τῶν ἐπῶν ἐξηγήσει προσήκοντα ἔνι. δεῖ δὲ ἄλλο τι ἔπι τούτοις, ἢ τὴν ἀρχὴ καὶ χαρακτῆρα φιλοσοφίας, καὶ τῶν περιφανεστέρων αὐτῆς δογμάτων ὑπόμνησιν, καὶ ὑπὸ τὸν θεῖον νόμον ἀναβεβηκότων ὑπαγαγεῖν τοῖς μετ' αὐτοὺς παιδευτικὴ στοιχείωσις.

ἃ δὲ καὶ πᾶσι ὄντα εἴπῃς ἂν τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας εἶδος γνώρισμα κάλλιστον, καὶ ἐκ ἑνὸς πυθαγορείων ἀπομνημόνευμα, ὅλκε ἰὼ τὸ ἱερὸς συλλόγου, καὶ ὡς ἂν αὐτοὶ εἴποιεν, τὸ * ὁμαῖκ παντὸς ἀποφθεγμα κοινόν· διὸ καὶ νόμος ἰῶ ἔωθέν τε ἀνισαμβόκες αὐτὲς ἀκεραῖος τέτων πᾶσι ἐπῶν, ὥσπερ πινὰν πυθαγορείκων θεσμιῶν, ἑνὸς πυθ- ὑπαναγινώσκοντος· καὶ πρὸς ἕσπερον εἰς ὕπνον μέλλοντας τρέπεσθαι· ὅπως ἂν τῇ ζωτεχείᾳ τ μνήσεις τ τοιέτων λόγων, ζῶντα ἐν αὐτοῖς ἀποφήνωσι τὰ δόγματα. ὃ δὴ καὶ ἡμᾶς ποιεῖν δίκαιον, πρὸς τὸ ζωπαίδευσιν τ ἀπ' αὐτῆς ὠφελείας ὁλὲ γῶν ποτε κτήσαιος.

* ἴσως

ΤΕΛΟΣ.

quas certe humanæ etiam ingenuitatis documentum optimum revera queas nominare; nec putare Pythagorici cujusdam commentationem exsistere; sed totius sacri conventus, atque, ut ipsi dixerint, ὁμαίου, id est, simul audientis cœtus universi, præclaram sententiam. Quo factum est, ut mane versus istos, tanquam oracula Pythagorica, recitante aliquo, audire, idemque vesperi, cum se ad somnum converterent, facere, lex esset; ut assidua ejusmodi sermonum meditatione, qualia in eis viverent dogmata appareret. Quod sane & nos etiam observare justum fuerit; ut quam tandem ab eis utilitatem colligere valeamus, experiamur.

FINIS.

CANDIDO

LECTORI.

NONNULLA sunt, amice lector, quorum te monitum volui. Primum, magnam tibi PETRO MORINO, viro probissimo atque doctissimo, habendam esse gratiam; cujus opera effectum est, ut multis in locis ex Vaticana bibliotheca exemplar nostrum emendatum sit. Deinde, usum me esse, cum ex Italia redirem, PENSIROLAE, J. C. Taurino eo tempore profitentis, codice ad horam unam; ex cujus brevi inspectione Vaticanæ lectionis fides mihi confirmata est. Præterea, quæcunque ad Græcæ editionis imaginem notata videris, conjecturas meas esse, in quibus exemplarium deficiebat autoritas, sive mutari debere aliquid, sive adjici crederem: quod tamen judicio tuo relinqui vellem. Vale.

AUREA PYTHAGOREORUM CARMINA.

Latine conversa,

Multisque in locis emendata, illustrataque adnotationibus; quibus etiam Hieroclis interpretationi non parum lucis adfertur.

Autore

THEODORO MARCILIO.

LONDINI,

Typis J. Redmayne, MDCLXXIII.

NOBILISSIMO GENERE NATIS, atque EXIMIA Spe animi & ingenii præditis adolescentibus, *Gulielmo*, *Carolo*, & *Richardo Percii*s, fratribus, *Anglis*, nobilissimi ac fortissimi viri comitis *Northumbriæ* filiis. S. P. Dico.

QUod parens eloquentiæ Latinæ M. Cicero, de Q. Hortensii oratoris indole posuit in Bruto, illius admodum adolescentis ingenium, ut Phidiæ signum simul adspectum & probatum fuisse; id mihi quotiescunque in vos intueor, Guilielme, Carole, ac Richarde Percii, adolescentes nobilissimi, in mentem venire solet, ac videri de nemine rectius quam de vobis usurpari posse, quibus egregia quædam præclaraque indoles omnium voluntates conciliat; perinde ut sicubi lumen aliquod in tenebris effulsit, omnium eo repente oculi conjiciuntur. Tanta enim decoris & honestatis elegantia est, ut non solum adultæ jam species pulchritudoque virtutis, sed etiam spes atque exspectatio crescentis, admiranda, & singulari omnium caritate digna existimetur. Sed ut in natis è terra stirpibus, quanquam flores magnæ jucunditati esse consueverunt, cum & adspectu pul-

chertimi sint, & fructum polliceantur; tamen quia & voluptatem illam momentaneam esse, & baccarum ubertatis exspectationem fallacem, atq; in casu positam esse intelligimus, ipsa fructuum maturitate quamprimum perfrui optamus: sic mihi de præclara indole animi vestri ad omnem decoris atque dignitatis excellentiam jucundissime cogitanti, majorem tamen ipsa laudum vestrarum perfectio, & virtutis quasi maturitas voluptatem adferret. Illa vero quanquam sine accessione quadam ætatis contingere solet neminí, cura tamen diligentiaque accelerari potest; quemadmodum fructus interdum diligentiore quodam cultu matureſcere videmus, antequam ipsum maturitatis tempus appropinquarit. Qua virtutis acceleratione, nihil ad laudem insignius homini accidere in vita potest. Nam quæ major commendatio ad gloriam Octaviano esse potuit, quam illud M. Tullii testimonium in Philippicis, *C. Cæsarem ineunte ætate docuisse, ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis exspectari non oportere*? Quam illi etiam Ovidius poeta ingeniosissimus virtutis anticipationem tribuit, quasi apicem totius dignitatis; appositio etiam Herculis ac Liberi patris exemplo, qui etsi omni genere laudis cumulatissimi fuerint, tamen illud unum ad gloriam & summam dignitatem quasi eximium habuerunt, quod ætatis progressionem, cursu quasi quodam virtutis anteverterunt.

Parcite natales timidi numerare Deorum,
Cæsaribus virtus contigit ante diem.

Ingenium

Ingenium cœleſte ſuis velocius annis
Surgit, & ignavæ fert male damna moræ.
Parvus erat; manibuſque duos Tyrinthius angues
Preſſit, & in cunis jam Jove dignus erat.
Nunc quoq; qui puer es, quantus tunc Bacche fuiſti
Cum timuit thyrſos India victa tuos!

Sic ne Alexandro quidem illi, qui propter magnitudinem rerum geſtarum, magni cognomentum ipſum traxit ex virtutis magnificentia, major laus tribui potuit ea qua decoratus à M. Tullio eſt in eadem oratione; *ex illius vita judicari poſſe virtutis eſſe quam ætatis curſum celeriorem.* Quæ vobis exempla, nobiliſſimi adoleſcentes, ad imitandum propoſita eſſe cupio, ut iiſdem quaſi gradibus, ad ſummam totius honeſtatis amplitudinem adſcendere pugnetis, quæ cum omnibus bene à natura informatis, tum vobis tali genere ortis, imprimis propoſita eſſe debet, quaſi extremum, quo curæ cogitationeſque omnes conferendæ ſint. Sed quid Romanorum vobis aut Græcæ nationis exempla proponere attinet, cum domeſticis abundetis? Omitto enim de aliis qui in Perciorum familia nobiliſſima omni genere laudis floruerunt; quos non dicam illuſtrare laudando, ſed percenſere numerando infinitum eſſet: unum parentis veſtri ſummi viri exemplum eſt, unde transferri poſſit imitatione, quicquid in ullo genere admirandum, atque omni ſtudio complectendum eſt. Hujus igitur ſi veſtigiis ingreſſi ad eandem laudis & gloriæ magnitudinem acriter incumbere perrexeritis, neminem dubitaturum arbi-

tror, quin flori ætatis, qui nunc suavitate quadam propinquæ spei omnes movet, brevi maximarum virtutum ubertas & copia responsura sit.

Quod cum vehementissime cuperem, etsi vestra sponte jam excitati essetis, tamen facere non potui, quin etiam currentes, ut dicitur, incitarem; ut, non quidem studiosius, nam id fieri vix potest, sed fortasse majore animo & fiducia, parentis vestri exemplo, virtuti & gloriæ serviretis. Eoque adductus sum ut Pythagoræ carmen aureum, breviter à me adnotationibus illustratum vobis offerrem, quasi testificationem potius eximiæ vestræ indolis, ac in harum artium disciplinis liberalissimis diligentiæ prope singularis, quam industriæ languentis excitationem.

Hoc igitur munus vobis fauste, feliciter, prospereque evenire, & quia in lucem exiturum est, aliis etiam optimarum artium studiosis utilitati esse cupio, vehementerque opto. cumulatius enim quod propositum mihi est, consecutus videbor, si non vobis tantum, sed vestra causa etiam cæteris hoc carmen fructuosum erit; quia ut vestræ in omnes humanitatis indolem perspexi, etiam vobis nihil jucundius accidere posse intelligo, quam si quis vobis gratificari cupiens, eo ipso de quamplurimis optime promereatur. Itaque sic interpretationem hujus carminis temperare conatus sum, ut neque multa quæ propter ætatem à vobis intelligi non possent, de Pythagoræ decretis philosopharer, neque à rerum ipsarum

ipsarum inspectione aversus viderer, ac syllabas tantum & vocabula quædam pueriliter aucupari. Plenissimam vero sententiarum, quæ tanquam mysteria, his versibus consignatæ sunt, si explicationem aggredi voluissem, & omnia quæ de Pythagoræ divini viri præceptis ad hujus instituti rationem accommodata erant conquirere; bibliothecæ ejusdem argumenti libris impleri potuissent. Quid enim uberius ad dicendum est, quam de Diis immortalibus, de pietate in parentes, de immortalitate animorum, aliisque sexcentis philosophiæ locis, gravissimæ disputationes? Sed mihi hoc tempore spectandum fuit, non tam quid uberrime aut ingeniosissime, quam quid aut ad vestram ætatem, aut ad legentium opportunitatem convenientissime diceretur; ne ingenii ostentatio puerilis à me suscepta videretur potius, quam ratio inita fuisse, ut studiis vestris accessio quædam adjungeretur.

Hæc igitur cum voluntatis erga vos meæ inclinatio tam brevi tempore, à quo mihi primum cogniti estis, nata fuerit, existimare vobis licet quanta sit in vos pietas & quantus amor parentis, à quo spiritus hic quem ducitis, patrimonium, libertas, civitas vobis tradita est; quanta vestri doctoris, cui in disciplinam privatim dati estis, ornatissimi viri, de vestra in omni genere laudis progressione, cura & cogitatio sit, quorum exspectationem sine magna culpæ reprehensione & languoris vituperatione fallere neutiquam potestis.

Quamobrem pergite ut facitis, nobilissimi

adoleſcentes, & in artium pulcherrimarum ſtudium, & in quo eſtis, incumbite, ut virtutis & ſapientiæ magnitudine traditam à parente vobis hæreditatem laudis & gloriæ tueamini, atque immortalibus ejus erga vos meritis, referte propagatam veſtra virtute Perciorum familiæ immortalitatem; perſuaſi, ut res eſt, ſanctius parenti à liberis officium præſtari nullum poſſe, quam ſi etiam tunc cum è vita exceſſerit, virtute illorum ac meritis quaſi renaſci, & interitu ipſo vitam adeptus eſſe videatur. Valete, Lutetiæ, Calend. Februarii, cIↃ. IↃ. xxcv.

Veſtræ dignitati addiſſimus

Theodorus Marcilius.

NOBILISSIMIS,
Ac
SUMMA SPE ANIMI & INGENII
præditis Fratribus, *Guilielmo, Carolo,* & *Richardo Percii*s, *Anglis*, Comitis *Northumbriæ* filiis.

Quis fuit à toto qui credidit orbe Britannos
Divisos? at nil junctius esse potest.
Ingeniis nam læta suis nunc Anglia, late
Æternum in toto possidet orbe decus.
Quale tui Guilielme, tui vel Carole crescit,
Vel Richarde tui delicium ingenii;
Quod nunquam poterit cupienti spernere ab orbe
Immensi resluens alveus Oceani.
Crescite Germani, secli tria sidera, fratres;
Nec lævo pereat sidere vestra seges.

TH. M.

ΤΑ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΕΠΗ ΤΑ ΧΡΥΣΑ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα· καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων·
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐνὶ οἴκῳ ἐόντας.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον, ὅστις ἄριστος.
Πρᾴου δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδα, εἴνεκα μικρῆς,
Ὅσσα δυνή· δυνάμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν ὅπως ἴσθι. κρατεῖν δ' ἐθίζεο γαστρὸς μὲν πρῶτα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλων,
Μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστα αἰδοῖόν σεαυτόν.
Ἔπειτα δικαιοσύνῃ ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε.
Μηδ' ἀλογίστως σεαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἐθίζευ·
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς πᾶσιν πέπρωται ἅπασι·
Χρήματα δ' ὅπως μὲν κτᾶσθαι φίλα, ὅπως δ' ἀπόλεσθαι·
Ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βέβροτοι ἄλγε' ἔχουσιν,
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, φερέτω φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
Ἰᾶσθαι δὲ πέφυκε καλῶς δύνη· ὧδε δὲ φράζου·
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δέδωσται.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δηλοί τε, καὶ ἐσθλοί
Περισπεῖσθ', ὧν μήτ' ἐπιπλήσσεο, μήτ' ἂρ' ἐάσῃς
Εἰρηδὸς σεαυτόν. ψευδῆ δ' ἰὼν πέρι μὲν λόγον, ἔργα δὲ ἔσθλ' ἐρέεινε. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ πᾶσι τελεῖσθαι.

Μηδεὶς

AUREI PYTHAGOREORUM

versus Theodoro Marcilio interprete.

PRæcipuo dignare Deos cultu, ordine legis,
Æternos; jurata pie servato: secundi
Heroum generi claro debentur honores.
Postea terrestres Genios cole, rite litatis
Sacris. nec tibi sint justo sine honore parentes,
Sanguineque adjuncti. ex aliis tua formet amicũ
Deinde tibi virtus, ut quisque erit optimus, illi
Obsequere officiis, & dictis lenibus; illi,
Si leviter peccet, bonus ignovisse memento,
Quod poteris, cum vi namq; est conjuncta facultas.
Hæc rata sint. Post illa modum quoque figere pugna
Rebus aqualiculi, & somno, Veneriq; profanæ,
Atque iræ. tum turpe nihil, sive arbiter adsit,
Sive agites ævum solus, conceperis, ipse
Te ante omnes reverens. tũ servantissimus æquĩ
In factis dictisque suas: neque mobilis unquam
Vivito & imprudens, sed mortem scito manere
Omnibus: ergo & rem facere, atque expendere nummos,
Cum usus fiet, ama. tum quæ nos cœlitus urgent
Aspera, de his placideque tuam & sine murmure partem
Disce pati; tamen ut pugnes ratione mederi,
Quod poteris, reputesq; animo divinitus illa haud
Sæpe venire probis. Variis sermonibus autem
Sæpe calent aures, rectis praviſque: sed illos
Nec metuens horresce nimis, neq; credulus audi.
Et si quis referat vanissima, tu tamen usque
Æquum animi serves; atque hoc simul accipe dictum.

Ne

Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερον ὅττι.
Βελλόμενος δ' αὐτὸς ἔργα, ὅπως μὴ μωρὸς πέλῃ).
Δειλὸν τι φρήσιν τε, λέγειν τ' ἀνόητα θεὸς
ἀνδρός.
Ἀλλὰ τόδ' ἐκλέεσθαι, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τ' μὴ ὄφελός σοι· ἀμὰ δ' ἀδόκητα
Ὅσσα χρεών, κ) περπόταπον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τ' αὖτε σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
Ἀλλὰ ποτὶ τε μέτρον, κ) σίτε, γυμναστά τε
Ποιεῖσθ'· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὅ μή σ' ἀνιήσει.
Ἐξείης δὲ δίαιταν ἔχειν κουφαρέστιον, ἀθρύπτων.
Καὶ περφυλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον
ἴσχει.
Μὴ δαπανᾶν πολὺ χωρὶς, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
Μηδ' ἀνυδρίστερος ἔσο· μέτρον δ' ὄπι πᾶσιν ἄριστον
Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψει· λόγισαι δὲ θεὸς
ἔργα.
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι πεσσὸν ἑλέσθαι
Πρὶν ἡμερινῶν ἔργων πρὸς ἕκαστον ἐπῆλθεῖν·
Πῶς παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι, κ) μετέπειτα
Δειλὰ μὲν οὐκ ἐφρήξας ὅσσα πλήσατο χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐμμελέτα· τύπτων χρὴ ἔρᾶν σε.
Ταῦτά σε τ' θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
Ναὶ μὰ τ' ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρα-
κτύν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχου ἐπ' ἔργον
Θεοῖσιν ἐπαξόμενος τελέσαι. τύπτων δὲ κρατήσας
Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, ἀνθρώπων
Σύγκρισιν, ἥ τε ἕκαστα διέρχεται, ἥ τε κρατεῖται.

Γνώσῃ,

Ne inducare cave dictis factisve benignis,
Ut facias sanæ quod non est utile menti.
Si aggrediare ad opus consulta, ne quid inepte
Suscipias, sine mente agere aut effundere verba
Non sani est hominis. Tu vero perfice quæ non
Post infecta velit serus dolor esse, nec unquam
Incipe quod nescis; sed primum discere tenta,
Si quid opus; sic læta fluent tibi tempora vitæ.
Corpore item ut valeas non neglige, quod tibi firmum
Efficies, epulisque modum, vino atque labori
Præstituens: mod⁹ autẽ esto non duriter angens,
Sed victum sine deliciis, sine sordibus opta.
Præterea invidiæ scelus irritare caveto.
Nec facito indecores, turpis quasi ganeo, sumtus,
Nec restrictus eas; mod⁹ in re optabilis omni est.
Res age quæ tibi non obsint; ratione moveri
Sollers. nec dulci declines lumina somno,
Quam ter quoq; die reputes quid feceris; in qua
Parte modum excessi, quid perfeci, aut quid omisi.
Atque ita procedens adjunge novissima primis.
Si male gestum aliquid, tute argue; sin bene, gaude.
Hæc satage, hæc meditare, sit hic amor unus, in ipsa
Te hæc divini habitus vestigia clara reponent.
Juro tibi hunc à quo datus ille quaternio menti
Nostræ, ex quo natura fluit ceu fonte perenni.
Sed nil fas tentare homini quin ante precetur
Fortunare sibi hoc Divos. Hæc omnia servans
Mente animi seriẽ agnosces hominũ atq; Deorũ
Quatenus in re omni patet aut restringitur.

idem Disces,

Γνώσῃ δ', ἢ θέμις ὅτι, φύσιν πρὸς πάντας ὁμοί-
ων.
Ὥστε σε μήτ' ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν,
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.
Τλήμονας, οἳ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων ὅτ' ἐσο-
ρῶσιν,
Οὔτε κλύουσι, λύσιν θ' κακῶν παῦροι σωίουσι.
Τοίη μοῖρα θεοῖς βλάπτῃ φρένας· οἱ δ' κυλίνδροις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρον θ' ἀπείρονα πήματ' ἔχον-
τες.
Λυχνὴ δ' σωοπαδὸς ἔεις βλάπτουσα λέληθε
Συμφυτ Θ· ἣν ὃ δεῖ φεύγειν· εἰκοῦσα δ' ὀλίγῃν·
Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν γε κακῶν λύσεις ἅπαντας·
Ἢ πᾶσιν δείξαις οἷῳ τῷ δαίμονι χρῶν θ'.
Ἀλλὰ σὺ θάρσ· ἐπεὶ θεῖον ἦλθ Θ ὅτι βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ φερφέρεσα φύσιν δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἰ ζοί πιμέτεσι, κρατήσεις ὧν σε κηλίω,
Ἐξακέσας, ψυχὴν δ' ἐπόνων ἀπὸ ἦλθ δε σώσεις·
Ἀλλ' εἴργε βροτῶν, ὧν εἰ πομπῶ, ἔν τε κα θαρ-
μοῖς,
Ἐν τε λύσει ψυχῆς κείνων· κὴ φεάζε δ' ἕκαστα
Ἡνίοχον γνώμῃσι σήσας κα θ' ὁρᾶτον ἀείσιω.
Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλθ' ἔεργον ἔλ-
θῃς,
Ἔσται ἀθάνατ Θ θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

ΤΕΛΟΣ.

Disces, qua pote, naturam diffusa per omnem
Portio quæ rata contineat, ne plurima speres
Non speranda homini, aut à vero devius erres.
Cernere erit duris homines involvier ultro
Casibus; heu miseros, bona qui acceptare propinqua
Non oculis, non aure velint; paucique malorum
Finem persentire queant. Hæc scilicet illa
Sunt, animis quæ fata nocent; his corda cylindris
Huc illuc volitant, mala nunquam exhausta ferentes.
Namque comes lædit contentio sæva latenter
Insita; quam irritare nocet; cui cedere lucrũ est.
Jupiter O quibus erueres mortalia curis
Secla, suum si cuique dares agnoscere vitæ
Custodem Genium! sed enim te fidere oportet;
Humano siquidem generi cœlestis origo est.
Atque illi natura palam divina locavit
Omnia: quorum si ulla tibi pars contigit, illis
Rite animum purgans quibus impero; denique vinces,
Atque malis animum eripies è talibus. Ergo
A vetitis te avertere epulis; & sive piare
Corpus, sive animũ à sensu revocare necesse est;
Utere delectu, atque inquire in singula; vitam
Temperet ut ratio quasi currum auriga volantẽ.
Sic ubi depositò jam corpore, libera cœli
Templa penetraris, Deus immortalis, & omni
Spretus ab illuvie terrarum, eris integer ævi.

FINIS.

In hac interpretatione, illud

Καὶ πρόλεξό γε ταῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει

convertimus,

Præterea invidiæ, &c.——

Nam & invidia & reprehensio intelligi potest verbo utroque, nempe & φθόνῳ & μέμψεως. Res enim cognatæ sunt livor ac reprehensio. Quare utrumque hac in re verbum usurpavit Hierocles. Modo enim à Pythagora præceptum esse ait, ut φθόνον fugiamus, modo ut μέμψιν.

Præterea in illis

——*Et sive piare*

Corpus, sive animum, &c.——

Discessimus ab interpretatione Hieroclis. Nam is quidem sic intelligit hunc locum, quasi dixerit Pythagoras,

Ἀλλ' εἴργε ἐρωτῶν ὧν εἶπομεν· ἔν τε καθαρμοῖς, Ἔν τε λύσει ψυχῆς. κεῖνοι, καὶ φρόνει ἕκαστα.

Hoc est,

Verum epulas remove, quas diximus; inque piandi Præceptis animi & revocandi à sensibus. Ergo utere delectu, atque inquire in singula, &c.——

Quæ si germana Pythagoræ sententia est, mutari debebit interpunctio, sic ut paulo ante posui.

Cæterarum interpretationum ratio petenda ex adnotationibus. Jam illud,

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν.——

Profert etiam quasi Pythagoræ dictum Epictetus apud Arrianum lib. 4. c. 6. & ὅπως λήσομαι exposuit ὅπως μὴ ἐαυτῷ καὶ ἐξαλεῖν.

DE

DE AUTORE.

CArmen hoc literis non esse conscriptum à Pythagora, doceri posse videtur illorum testimoniis qui asserunt nihil unquam in scriptis relictum fuisse à Pythagora. Nam & Lucianus, ὁ Τραγῳδοποιός, inquit, Πυθαγόρας μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν ἠξίωσεν. hoc est, *Divi-salutationus vir Pythagoras nullam doctrinæ suæ partem literis consignatam ipse nobis relinquere voluit.* Et Josippus, Πυθαγόρου μὲν οὐδὲν ὁμολογεῖται Σύγγραμμα, id est, *Pythagoræ nullum de quo certo constet scriptum est.* Et D. Hieronymus, qui cum dixisset in Pythagora se nescio quid legisse, refellerat eum Rufinus negans ullum exstare scriptum Pythagoræ; cui respondet his verbis D. Hieronymus, *De dogmatibus, non de libris locutus sum, quæ potui in Ciccrone, Bruto, ac Seneca discere. Lege pro Varinio oratiunculam, & alias, ubi sodalitatum mentio fit. Revolve dialogos M. Tullii; respice omnem oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, & Pythagoreorum dogmatum incisa publicis literis æra cognosces,* &c. Ergo fatetur D. Hieronymus nihil unquam literis conscriptum

Lib. de Lapsu in salutationus

Orig. Judaic. l. 1.

Epist. adversus Rufin.

fuisse à Pythagora, non facturus si refellere potuisset.

Contra vero Laertius eos qui dicunt à Pythagora nihil conscriptum esse, δογματίζειν, hoc est, *jocari* ait; atque ipse initia quædam *c. 17. lib. 14.* profert librorum Pythagoræ. Et Plinius adducit quædam ex libro Pythagoræ. Proclus *Lib. 3. in Timæum Plat.* item Pythagoræ citavit orationem ad Abarum. Hoc igitur in medio fortasse relinquendum est.

De carminis autem hujusce autore summatim dici potest, sententias quidem ipsas & decreta esse Pythagoræ, versibus autem ea conscripta, & in lucem edita fuisse à Pythago- *Loco citato.* reis. Quæ sententia est D. Hieronym. *Cujus enim sunt illa*, inquit, χρυσᾶ παραγγέλματα; *nonne Pythagoræ? in quibus omnia ejus breviter dogmata continentur; & quæ latissimo opere Philosophus commentatus est Iamblichus, imitatus ex parte Moderatum virum eloquentissimum, & Archippum, & Lysidem Pythagoræ auditores. Quorum Archippus ac Lysides in Græcia, id est, Thebis scholas habuere, qui memoriter tenentes præcepta doctoris, ingenio pro libris utebantur.* Quæ D. Hieronymi sententia confirmatur illo carminis hujus versu Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ, &c. Jurat enim quicunque ille est carminis hujusce autor, Pythagoram, quod in Pythagoræ ipsius personam cadere non posse, nempe ut se ipse juret, facile quivis intelligit.

Hinc ergo factum est, ut apud autores interdum carmen hoc tanquam ipsius Pythago-

ræ

ræ citetur; alias vero quasi discipulorum Pythagoræ. Nam Proclus quidem Pythagoram τὸν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα vocavit, hoc est, *Aureorum versuum parentem.* Parentis nomine, ut opinor, intelligens non scriptorem hujus carminis, sed sententiarum autorem. Quo sensu etiam vir doctissimus Clemens Alexandrinus quendam hujus carminis versum profert, præceptum id esse inquit Pythagoræ. Καί μοι δοκεῖ σωτὴς τοῦτο ὁ Σάμιος παραγγέλλει Πυθαγόρας.

——— Δειλὰ μὴ ἐν φρήξας ———

Hoc est, Atque, ut equidem opinor, intelligens hoc Samius ille Pythagoras monet, &c.

Lib. 3. in Timæum Plat.

Pædagogi, c. 10. lib. 2.

Contra vero Chrysippus apud Agell. & Plutarchus Pythagoreis tribuunt carmen hoc, non Pythagoræ. Galenus etiam se dubitare ostendit, ταῦτας, inquiens, δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις. *Illa quæ feruntur Pythagoræ præcepta.* Et Suidas fatetur sibi carminis hujus autorem esse incognitum. πηὲς ϑ', inquit, ἀναπέφασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. id est, *Nonnulli vero etiam Aureos versus ei attribuunt.* Quæ dubitatio Suidæ nata esse videtur ex illis Laertii verbis, τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδος ὄτι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ. id est, *Quod vulgo scriptum esse fertur Pythagoræ, id Lysidis Tarentini est, qui auditor fuit Pythagoræ.*

Lib. de cognitione huius autorem esse incognitum. πηὲς ϑ', ne & cuinquit, ἀναπέφασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. ratione id est, Nonnulli vero etiam Aureos versus ei morboattribuunt. Quæ dubitatio Suidæ nata esse rum animidetur ex illis Laertii verbis, τὸ δὲ φερόμενον mi. ὡς Πυθαγόρου Λύσιδος ὄτι τοῦ Ταραντίνου Πυθα- In verbo γορικοῦ. id est, Quod vulgo scriptum esse fer- Pythagotur Pythagoræ, id Lysidis Tarentini est, qui au- ras. ditor fuit Pythagoræ. In Pytha-

Ergo Laertius Lysidem autorem hujus carminis agnoscere videtur; alii Philolaum suspicati sunt. *gora.*

Argumentum.

TOtius autem libri hæc sententia est. Primum de officiis agitur adversus Deum, parentes, propinquos, & amicos servandis; deinde vero de moribus atque institutione vitæ privatæ. cujus partis initium est κρατεῖν δ' ἐλίζεο ἦθε δέ.

Carmen autem hoc universæ Pythagoreorum philosophiæ quasi compendium esse intelligitur ex verbis *D. Hieronymi* paulo ante citatis, cum inquit; *Aureis Pythagoræ præceptis, omnia ejus breviter dogmata contineri.* Quod ipsum ex iis quoque planum fieri potest quæ vir doctissimus *Hierocles* in hunc librum copiose philosophatus est, exemplo, ut opinor, *Iamblichi*: de cujus commentariis in hunc librum commemorat *D. Hieronymus.* Quanto autem carmen hoc in pretio fuerit olim, ex eo intelligere licet, quod *Galenus, tanquam remedium ad morbos animi convenientissimum,* se *consuevisse ait semel atque iterum carmen hoc perlegere quotidie primum, deinde vero etiam recitare.* ἐγὼ δή ποτε, inquit, καὶ ταύτας δὴ τὰς ψεροιένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις εἰθισα δὶς τῆς ἡμέρας ἀναγινώσκειν μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ σομαι & ὕστερον.

Loco citato.

Lib. de cognitione & curatione morborum animi.

Χρυσᾶ. hanc usitatam hujus carminis inscriptionem fuisse ex *Proclo* intelligimus, qui, ut dictum est, *Pythagoram* vocat *Aureorum carminum parentem.*

Χρυσᾶ vero, id est *Aurei,* dicuntur hi versus,

sus, quod auro contra cari sint, & laude dignissimi. Nam res præclaræ dicuntur *Aureæ*. qua de re *Athenæus*, *Hesychius*, *Servius*, & *Hieroc*les in hunc locum. Sic *Plato* τὸ χρυσῶν γένος, id est, *aurcum genus*, sive homines ætatis aureæ exposuit, οὐκ ὂν χρυσοῦ πουκὸς, ἀλλ' ἀγαθὸν καὶ καλόν. hoc est, *Non ex auro fictum, sed bonum & honestum.* *In 1. Georg. In Cratylo.*

Propterea ergo sententiæ illustres, *Aurea dicta*, vel præcise *Aurea* nominantur. sic enim *Lucret.* *Lib. 3.*

Omnia nos itidem depascimur Aurea dicta.

Et citatur Caius Jurisc. libro secundo *Rerum cotidianarum sive aurearum*. Sic *Aureæ fabulæ* in scholis dicebantur inter pueros. Quo respiciens *Plinius*, *Assem*, inquit, *para*, & *accipe* AUREAM *fabulam*. Trium vero *Aurearum fabularum* assem pretium fuisse ex eodem *Plinii* loco intelligere licet. *Sufficiunt*, inquit, *duæ fabulæ, an scholastica lege tertiam poscis? est unde fiat, &c.* Hinc illa fabularum *Milesiarum* apud *Apulcium* inscriptio, *Asinus aureus*. Qua de re nihil interpretes. *l. 5. de divis. rerum.* *Epist. 20. lib. 2.*

*Item. Etiam χρυσᾶ παραγγέλματα, i. e. *Aurea præcepta* dicebantur, ut intelligimus ex D. *Hieronymo*. *Galenus* vero etiam παραινέσεις vocatas fuisse declarat. *Loco citato. Loco citato.*

*Item autem hæc sunt, id est, *versus heroici*, more antiquorum, qui omnia versibus conscribebant. Primus *Pherecydes Syrius*, cui *Pythagoras* operam dedit, oratione soluta usus dicitur. Qua de re *Plinius*, *Strabo*, *Suidas* in verbo *Pherecydes*. Versibus autem solitum *Cap. 56. l. 7. l. 1.*

In Pythagora. explicare omnia *Pythagoram* ex *Laertio* planum est, apud quem *Heraclides Sarapionis* filius tradit *Pythagoram* περὶ τῶ ὅλω, id est, *de naturæ universitate* scripsisse versibus; & *Sacri sermonis* à *Pythagora* sic ipti primum versum profert *Laertius.*

In Pythagora. Τῶ Πυθαγόρᾳ. De nomine *Pythagoræ Aristippus* apud *Laertium.* Hoc impositum ei nomen fuisse, *quod veritatem solitus fuerit* ἀγορεύειν, hoc est, *dicere, non minus quam* Πύθιον, id est, *Pythius* sive *Apollo.* Hinc illa *Pythagoræ* auditorum vox αὐτὸς ἔφα, id est, *ipse dixit:* de qua *M. Cicero,* & proverb. *Ipse dixit.*

Lib. 1. de nat. Deor.

Πρῶτα μέν. Sic etiam *Phocylides,*

πρῶτα θεὸν τίμα ——

Θεὸν autem dixit *Phocylides* non θεὸς, quoniam à *Sibyllis* pleraque mutuatus est. Qua de re legendus *Suidas.* *Xenophon* memor. li. 4. πρῶτα πάντων ἀνθρώποις νομίζεται τοὺς θεοὺς σέβειν. hoc est, *apud homines universos hoc primum lege receptum est, Deos esse colendos.*

In verbo Phocylides.

Ἀθανάτους θεούς. Quos *Deos æviternos* vocavit *Apuleius: Ennius Ævi integros,* aut potius uno verbo *Ævintegros.* Qua de re legendus *Servius.* *In lib. 9. Æn.* Ævum autem proprie in Deos convenire *Servius* docet in illud *Virgilii,*

Lib. 6. Æn. *Quem tibi longævo* ——

M. Cicero vocavit, *eos qui cœlestes semper habiti.* Ex quo numero duodecim *Di consentes* ab Ennio duobus versiculis comprehensi, quos *Apuleius,* & *Martianus Felix:*

lib. 2. de Legib. *lib. de Deo Soc. lib. 1.*

Juno,

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Volcanus, Apollo.

Solent autem ἀθανάτους θεὸς Græci poetæ dicere: oratores sæpius tantum θεούς. Latini, contra; poetæ sæpius Deos; Oratores, Deos immortales.

Τίμα. Et hominum, & Deorum generatim dicitur Τιμὴ, id est *Honor*. Qua de re legendus *Aristoteles*. *Cap. 12. lib. 1. ad Nicom.*

Proprie autem Diis deberi τὸ σέβας, Parentibus Τιμὴν, Senibus αἰδὼ videtur significare *Plutarchus*, cum inquit, ὅτι δεῖ τοὺς μὲν θεοὺς σέβεσθαι, γονέας δὲ τιμᾶν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι. id est, *Oportere Deos venerari, parentes colere, senes vereri*. *Lib. de Instit. puerili.*

Νόμῳ ὡς διάκεινται, *ut lege dispositi sunt.* Legem *Hierocles* intelligit æternam sive divinam, de qua legendus *Apuleius*. Lex autem hæc Dei est principis, qui cum alia re nulla comparari potest, & à quo ceu fonte Dii immortales, heroes, ac dæmones manarunt. Itaque recte *Hierocles* ἀναγκαίτως πρὸ πάντων θεραπεύθιον vocavit, hoc est, *absolute ante omnia honore afficiendum*. Hic à *Platone* in *Timæo* δημιουργὸς dicitur; ab *Hierocle* θεὸς θεῶν, hoc est, *Deus deorum*; & θεὸς ὕπατος, i. e. *Deus summus*; & κοσμοποιὸς, i. e. *mundi opifex*; & ἀριστοτέχνης, i. e. *Præstantissimus artifex*. Quemadmodum & à *Pindaro* dictus est, ut refert *Plutarchus*. *Lib. de doctrina Platonis.* *In lib. de sera numinis ultione.*

Hæc igitur ad *Pythagoræ* mentem accommodata interpretatio est; Ad vitam vero com-

munem, & usum reip. convenientius intelligi potest νόμ☉ πόλεως, i. e. *Lex civitatis*; ut sententia sit, Diis venerationem & cultum tribui oportere non aliter quam patiuntur leges civitatis. Quod *Apollinem* quoties de Deorum cultu interrogaretur, solitum respondere docet *Aristoteles*, ὡ ὅτι τὰ μαντεῖα πάντα τοῖς ἀνθρώποις προστάττει χῇ τὰ πάτρια ποιεῖσθαι τὰς θυσίας. hoc est, *Et oracula omnia præcipere hominibus ut sacrificent juxta leges patriæ.* Et *Socrates* apud *Xenophontem*, Ὁρᾷς γὰρ ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς, ὅταν τις αὐτὸν ἐρωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται· Νόμῳ πόλεως. hoc est, *Nam vides, quoties cunque Apollo Delphicus interrogatur, quemadmodum sacra diis grata fieri possint; oraculum edi, juxta legem civitatis.* Sic M. Cicero, *Deinceps in lege est*, inquit, *ut de ritibus patriis colantur optimi. De quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraculum editum est, Eas quæ essent in more majorum. Quo cum iterum veniissent, majorumque morem dixissent fabe esse mutatum, quæsissentque quem morem potissimum sequerentur, è variis; respondit, Optimum.* Et *Socrates* apud *Xenophontem* interrogatus, *An liceret cuilibet colere Deos pro arbitratu?* respondit, οὐ· ἀλλὰ νόμοι εἰσὶ καθ' οὓς δεῖ τοῦτο ποιεῖν. hoc est, *Minime. Sed leges sunt, ex quarum præscripto id faciendum est.* Respiciens ut opinor ad legem à *Dracone Athenienſibus* latam, quæ profertur à *Porphyrio*. Ἐπεὶ, inquit, χὴ Δράκοντ☉ νόμος μνημονεύεται τοιοῦτ☉· Θεσμὸς αἰῶνι☉ τοῖς

In Rhetoricis ad Alexandr.

Lib. 4. de vita Soc.

Lib. 2. de Legibus.

Lib. 4. de vita Soc.

Lib. 3.

Ἀθηναίοις

Ἀτὰρ δὲ νεμομένοις κύκλον τὸν ἅπαντα χρόνον· Θεὸς πρᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, ἐμψύχων ἑπομένους νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κ' δώσαμεν, ζωὴ εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, καὶ πελάνοις ὁπτοῖοις. hoc est, *Quandoquidem etiam* Draconis *lex commemoratur hujusmodi. Lex æterna omnibus iis qui* Atticam *regionem incolunt domina sempiterna. Deos colunto, & heroes indigenas publice, juxta leges patriæ, & privatim etiam pro facultate, cum faventia & libationibus fructuum, & libis solennibus. Seneca* autem rationem reddens cultus deorum juxta consuetudinem Romanam, ait se agere *non quæ diis grata, sed quæ legibus justa.*

ἀποχῆς ἐμψύχων.

Clausulam vero illam Νόμῳ ὡς διάκειται, communiter intelligi oportere de genere Deorum immortalium, heroum ac dæmonum, copiose docet *Hierocles.*

Καὶ ζῆδα ὄρκον. Verbum ζῆδα rectissime de juramento usurpatur, est enim *invocatio Dei qua petimus ut sit testis sermonis nostri, & puniat fallentes.* ὅρκος, id est, *jusjurandum, τιμιώτατόν ὄζιν,* hoc est, *veneratione dignissimum* est, ut posuit *Aristoteles.*

Cap. 3. l. 1. Sapitiæ.

Duplex autem jusjurandum esse copiose disputavit *Hierocles.* Unum, quo naturæ totius universitas divinæ legi adstricta est, eique obtemperare cogitur: alterum autem humanum, illius prioris quasi rivulum ac imaginem. Jurisjurandi autem religio summa apud *Pythagoreos.* Unde usitatum illis jurejurando fidem suam adstringere: ut infra, Ναὶ μὰ τὰ ἀμετέρᾳ, &c. Et Pythagoras ipse initio libri

de

In Pythagora. de natura, apud *Laert.* ὁ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω· ὁ μὰ τὸ ὕδωρ τὸ πίνω, &c.

Verbum autem Σέβεσθαι in *Pythagoræ* schola usitatissimum fuit. Sic infra, Σέβε δαίμονας. *In Pythagora.* Et principio *Sacri sermonis* apud *Laertium*, ὦ νέοι ἀλλὰ Σέβεσθε, &c.

Hinc discipulorum Pythagoræ unum genus Σεβαστικοὶ dicti, quod ἐν τοῖς Σεβασμίοις, id est, *rebus cultu ac veneratione dignis, sive divinis versarentur.* Quibus oppositi πολιτικοὶ, id est, *occupati in administratione Reipublicæ.* & μαθηματικοὶ, *profitentes scientiam mensurarum & siderum.* Legendus interpres *Theocriti.* *In Eclogam 4.*

Ἔστι δ'. Inter θεὸς ἀθανάτους, sive Deos *æternos*, sive *immortales*; ac *dæmones terrestres*, id est, homines, medium sive interjectum genus est heroum, qui etiam dæmones boni; & angeli dicuntur. Nam his nominibus eadem vi ac notione uti sæpe solent ii qui à *Pythagora* & *Platone* sunt philosophi, ut docet *Hierocles.* Qui etiam hæc nomina interdum à *Platone* ita distingui solere ait, ut diis immortalibus proximi, angeli nominentur, extremi heroes, medii vero sive interjecti dæmones boni.

Ergo nunc *heroes* à *Pythagora* ii omnes intelliguntur qui medii sive interjecti generis inter Deos immortales atque homines sunt. Nempe ut primum sit genus Deorum cœlestium sive immortalium; alterum genus ætherium sive aerium, scilicet heroes; tertium autem terrestre sive dæmones. Legendus *Plato* in *Timæo*: *Apuleius* lib. de doctrina Plat. *Martianus Felix* lib. 2.

Apud

Apud *Laertium* vero idem *Pythagoras* dæmones vocavit eos qui inter Deos immortales ac heroes interjecti sunt, ut quidem videatur dæmones intellexisse omnes, qui à *Platone*, ut diximus, angeli, & dæmones boni vocantur. Est enim decretum *Pythagoræ* apud *Laertium*, θεὺς μὲν δαιμόνων πρεσβύτερον, ἥρωας δὲ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων δὲ μάλιστα γονέας, hoc est, *Deos anteponendos dæmonum generi, heroas generi humano, cæteris hominibus parentes.* Sic *Euripidis* interpres, ὃν γὰρ λόγον ἔχουσιν οἱ ἥρωες πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, ὑψηλότεροί πνες δαιμονῶντες καὶ ὑπερέχοντες· τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ θεοὶ πρὸς τοὺς δαίμονας, ὑψηλότεροί πνες δαιμονῶντες τούτων εἰσί). hoc est, *Quæ ratio heroum est ad homines, eadem est inter Deos & dæmones. Nam ut heroes hominibus, ita Dii immortales dæmonum genere superiores sunt.* Et *Thales Milesius*, ut est apud *Athenagoram*, tres gradus ita posuit; *Primum Deorum immortalium, alterum dæmonum, tertium heroum.* Et Plato; *Primum Diis immortalibus superis atque inferis sacra conficienda esse, deinde vero dæmonibus, tum heroibus.*

In Hecubam.

In Apologia.

Lib. 4. de Legibus.

Apuleius autem Dæmones vocavit omnes qui inter Deos immortales atque homines interjecti sunt, *eosque esse vectores hinc sive ab hominibus, precum, inde sive à Diis, munerum: & quasi interpretes ac salutigeros.* Quod ex *Platone* citavit *Plutarchus*. ὅ, τε Πλάτων ἑρμηνευτικὸν τὸ περὶ δαιμόνων ὀνομάζει γένος καὶ διακονικὸν ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, ἐυχὰς μὲν ἐκεῖ καὶ λήψεις ἀνθρώπων ἀναπέμπουσας,

Libro de Deo Soc.

Libro de Iside & Osiride.

πάντας, ἐνεῖθεν ὃ μαντεῖα δεδεγ καὶ δόσις ἀγαθῶν φέρουτας. Hoc est, *Et Plato dæmonum genus facultate interpretandi ac ministrandi præditum, inter Deos & homines interjectum esse ait; ac preces quidem & vota hominum diis offerre, à diis autem ad homines oracula & bonorum largitiones deferre.*

Ἥρωας. Quos veteres Romani, Deos *medioxumos* vocarunt. Qua de re legendus *Apuleius.* Et *Martianus Felix, omnes,* inquit, *hos qui inter Deos & homines interjecti sunt, Græci δαίμονας vocant, Latini Medioxumos.*

Lib. de doctrina Platonis 2.

Ἀγαθούς. Illustres vocavit Heroes, quia semper divinæ cognitionis luce perfusi, ut inquit *Hierocles.* Aut illustres utpote aerei. Decretum enim est *Pythagoræ* quod profert *Laertius,* εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεον, καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι. Hoc est, *Aerem totum plenum esse animorum, qui esse putentur dæmones ac heroes.* Et *Hesiodus dæmones* inquit *terram pervadere.*

In Pythagora.

Lib. 1.

ἠέρα ἑσσαμένους——id est, *Aere vestitos.*

Τοὺς τε δαίμονας. Præstanti virtute viros, ut recte intelligit *Hierocles.* Itaque non dixit *Pythagoras* præcise δαίμονας, sed cum adjunctione δαίμονας καταχθονίους, id est, *dæmones terrestres.* Sic *Plato* in Crat. ταύτην οὖν πίδεμαι καὶ ἐγὼ τὸν δαίμονα, πάντα ἄνδρα, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμόνιον εἶ) καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθ. id est, *Quocirca etiam ego sic statuo, quemvis scientia*

scientia præditum ac virtute, divinum esse virum, & viventem & mortuum, ac jure dæmonem eum vocari. Dæmones itaque terrestres ii quos *Aristoteles* θείους ἄνδρας vocari ait, hoc est, *viros divinos*, ut posuit M. Cicero. *Cap. 1. lib. 7. ad Nicom.*

Dæmones vero Latine dici posse genios & lares docet *Apuleius*: & *Tertullianus*. *M. Cicero* in *Platonis Timæo* convertit *Lares*. *lib. 1. de Legib.*

Dici autem δαίμονας quasi δαήμονας, id est, *scientes*, vulgatum est, & à multis repetium; ut *Platone* in *Cratylo*, *Hierocle* in hunc locum, *Martiano Felice*, *Joanne Grammatico* in *Hesiod.* *Lactantio*, *Servio*. *Lib. de doctrina Plat. Apolog. contra gentes*

Καταχθονίους. Τοὺς ὑπὸ γῆς πολιτεύεσθαι δυναμένους, καὶ χθονὸς εἶναι. *Eos qui Reipubl. habere possunt ac domicilium supra terram*, ut exposuit *Hierocles*. Itaque καταχθονίους positum est pro ὑποχθονίους. Dæmones enim, hoc est viri sapientes, quamdiu spirant, terram incolunt, cum autem è vita excesserint aerem terræ proximum tenent. Qua de re copiose *Martianus Felix*. Plerumque tamen καταχθόνιοι sunt ὑποχθόνιοι. Ut cum *Dionysius Halicarnassæus* inquit, τοὺς θεοὺς τοὺς ἐφορίους ἵλεως εἶναι καὶ δαίμονας τοὺς καταχθονίους. *Deos cœlestes propitios esse, ac dæmones inferos.* Perinde ut *Euripides*, κήρυσσε θεοὺς τούς τ' ἐφορίους τούς θ' ὑπὸ γαῖαν: *Supplica per Deos cœlestes atque illos qui sub terra sunt.* *cap. 32. Lib. 2. c. 15. lib. 2. in 3. Æn. Lib. 2. Lib. 6. In Hecub.*

Dæmones itaque supra terram, viri sapientes sive boni: sub terra vero, animi impiorum. Itaque hi proprie inferi & ὑποχθόνιοι dicti sunt ab *Hesiodo*. Atque horum suppliciis præ- *Lib. 1.*

sunt

Lib. 6. Æneid. c. 5. Lib. 2. de Demonstrat.

sunt Dii inferi, quorum descriptio apud *Virgilium* in Tartaro est. Impiis vero sedem assignari à *Pythagoreis* in Tartaro intelligimus ex *Aristotele*, qui *Pythagoreos* inquit *arbitrari propterea excitari tonitrua in aere, ut illa quasi comminatione Jovis, ii qui in Tartaro sunt pertimescant.* Ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοί φασιν, ἀπειλῆς ἕνεκα τοῖς ἐν τῷ ταρτάρῳ, ὅπως φοβῶν.

Ἔννομα ῥέζων. Ἔννομα ῥέζειν expositi *Hierocles*, Dæmonum, id est sapientum dictis quasi legibus parere, id est, cum fide ac justitia vivere. ἐννόμως sive νομίμως ζῆν.

Jachim. Camerarius. ἔντομα ῥέζων suspicatur legendum esse. Quod *Hieroclis* autoritate legentis ἔννομα, facile refellitur. Deinde autem *Camerarii* ratio inepta est. Posuit enim Diis manibus convenire ἔντομα ῥέζειν, quia in sacris inferorum *jugulari soleant victimæ, sive secari victimæ jugulum.* Quasi vero non idem observatum fuerit in sacris superorum. Neque enim superorum & inferorum sacra eo differunt quod in illis jugularentur victimæ, in his vero non item: sed quia in sacris Deorum manium sive inferorum victima capite in terram prono statuebatur; in sacris vero superorum capite in cœlum sublevato. Itaque in Deorum manium sacris ex parte inferiori: in superorum sive cœlestium sacris ex parte superiori, *securi aut malleo* victimæ *feriebantur.* In utroque genere sacrificii dabant operam victimarii, ut victima in cultros *suppositos, sive subjectos* capite incumbens, speciem præberet sponte ad interitum se offerentis.

ferentis. Legendus *Servius* in illud *Virg.* *Lib.3. Georg.*

Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.

Atque hujusce rei exempla sunt apud *Ovidium*, *Dionysium Halicarnassæum*, *Papinium* in *Thebaide*, cum inquit, *Lib.7. Metam. Lib.6. Lib.4.*

In vulnus cecidere greges.

Ubi *Lactantius* interpres hos qui malleo victimam feriunt ait nominari *Agones*: qui autem subjiciunt sive supponunt victimarum jugulis cultros, id est, ita cultros tenent, ut in aciem victima jugulo incidere possit, hos dici Victimatores.

Postremo, ἔντομα ῥέζειν alienum est ab instituto Pythagoræ, qui, ut inquit *M. Ciccro*, *ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine adspergeret.* Et *Laertius* ait solam *Apollinis Genitoris* quæ *Deli* est aram, venerari solitum *Pythagoram*, quod nulla ibi victima immolaretur. *3. de Nat. Deor.* *In Pythagora.*

Ἔντομα vero dici proprie in haruspicina ex *Greg. Nazianzeno* intelligimus oratione 1. contra *Julian.* Quem locum quia longior est non adscripsi.

Mihi vero ἔννομα ῥέζειν posse intelligi videtur χεὰς ἀποφέρειν, καὶ ἁγνίζειν, sive justa facere diis manibus. Quod etiam *Hierocles* tanquam in transcursu ostendit. Proprie autem diis manibus convenit ut Sacra eis legitime fiant, sive τὸ ἔννομα ῥέζειν, quoniam dii manes sancti sive legibus sanciti sunt. Quo lex illa *Ciceronis* pertinet, *Deorum manium jura sancta sunto.* Idemque justitiam erga manes proprie vocari ait *sanctitatem.* Sic apud *Virgilium* *Lib.2. de legib.* *Top. ad Trebat.*

gilium Æneas Anchisen patrem mortuum affatur.

Lib. 5. Æn. *Salve sancte parens* ——

Et *Evander* ad conjugem mortuam;

Lib. 11. Æn. ——*Tuque O sanctissima conjux,*

Felix morte tua.——

3. lib. 3. Eaque de re *Macrob.* in *Saturnal.* Sancti autem sive sanciti potius dii manes quam superi, quia cum fuerint homines facilius contemni possunt & violari.

Τὰς τεγονεῖς τίμα. Nempe, κατὰ θεὸς, *c. 2. lib. 9.* id est, *tanquam Deos.* Sic enim *Arist.* ad *Lib. 4. de* Nicomac. & *Plato.* βάλε γονεῖς πρώτιστον ἐν τιμαῖς ἔχειν. *legib.* Parentes imprimis honoribus affice. *Philæmon.*

Τὰς τ' ἀγχὶς ἐκγεγαῶτας. Uno verbo ἀγχιστεῖς, hoc est, *propinquos.*

Τῶν δ' ἄλλων. Vulgo dicitur, πυρὸς καὶ ὕδατος φίλος ἀναστιότερος. & *Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt,* inquit *Cic.* Duo genera sunt amicitiæ. *Necessarium, sive propinquitas sanguinis: & voluntarium, sive inter alienos, Donat. in Terent.* *Adolph.* Ergo de amicitia *necessaria* versu antecedente dixit *Pythagoras,* nunc adjungit de *voluntaria.* *c. 12. l. 8.* *Arist.* autem ad *Nicom.* triplex amicitiæ genus posuit; unum *propinquorum,* alterum *sociorum,* tertium *sodalium.* Sed amicitia sociorum & sodalium utraque uno amicitiæ voluntariæ nomine intelligi potest.

Ἀρετῇ ποιεῦ φίλον. Amicum tibi virtute adjunge sive concilia, non voluptate, aut opibus. Nam triplex quidem est materies amicitiæ:

tiæ; *virtus, voluptas, utilitas*: ut disputavit *Aristot.* ad *Nicom.* Sed illa tantum quæ virtutis societate coaglutinatur, firma & constans amicitia est. Itaque hanc τελείαν φιλίαν, *amicitiam perfectam* vocavit *Aristot.* & ἀδιάλυτον καὶ μόνιμον, *immutabilem & permanentem.* Voluptatis autem & utilitatis amicitiæ sunt, quas, ut ait Seneca, *Temporarias populus appellat.* *c. 3. l. 8.* *Lococitato.* *Ejusdem lib. c. 6. Epist. 9.*

Ὅσις ἄεις Θ. Laudat φιλοφιλίαν & πολυφιλίαν. Φιλοφιλία Latine *studium amicorum* dici potest, non, multitudo amicorum, ut à quodam *Joachimi Perionii* reprehensore conversum est apud *Aristot.* ad *Nicom.* Πολυφιλία vero est *multitudo amicorum*, de qua copiose *Aristot.* ad *Nicom.* Et *Plutarch.* lib. quem ea de re conscripsit. Utraque laude, scilicet φιλοφιλίας, & πολυφιλίας floruisse *Pythagoram* legere licebit apud *Laertium.* *Cap. 1. l. 8.* *Cap. 10. l. 9.* περὶ πολυφιλ.

Videtur autem περιχωσις, & soni concinnitas quædam esse quæsita in verbis ἀρετὴν ἄεις Θ.

Πρέσσι δ' εἶκε λόγοις. *Lenibus amici dictis cede*: sic enim exposuit *Hierocles.* Quale *Horatianum* illud est ad *Lollium*,

——*Tu cede potentis amici*
Lenibus imperiis—— *Epist. 18.*

Quanquam etiam πρέσσι λόγοις εἶκειν esse potest, *Cedere amico lenibus dictis, sive adhibita orationis lenitate*: ut apud *Xenophon.* λόγῳ ὑπείξαι. Nam usitatum esse ait ubique gentium πυγμαχοῦσι τὸ νεώτερον πρεσβυτέρῳ ὑπολιγανοντι, καὶ λόγῳ ὑπείξαι, id est, ado- *Lib. 2. de vita Soc.*

lescentem scni de via decedere, & oratione se illi submittere.

Ἐργισί τ' ἐπωφελίμοισι. Ἔργα ἐπωφέλιμα dixit intelligens εὐεργεσίας, id est, benefacta, sive θεραπείαν, i. e. cultum & observantiam. Cedendum esse, inquit, amico non orationis tantum lenitate, verum etiam obse-

Andr. quiis adhibitis. Nam ut est apud *Terent. obsequium amicos*, &c. Sed *Hierocles*, ut diximus, aliter hunc locum intelligit, nempe Cedendum esse amici benefactis, hoc est, ut facile nobis cum offensi fuerimus, ab amico satisfieri patiamur. Sed prior illa interpretatio planior est, & est ἀτ[ε]χνότερον illud, εἴκειν sive ὑπείκειν λόγοις τῷ φίλῳ, quam εἴκειν λόγοις τοῦ φίλου.

Μηδ' ἔχθαιρε φίλον. Explicatio est illius antegressi πρεπέσι δ' εἴκε λόγοις. Nam is demum εἴκει sive ὑπείκει, i. e. cedit amico, qui

In Zenone. erratis ejus ignoscit. Quare cum *Laertius* posuisset Stoicorum decretum esse, Συγγνώμην ἔχειν μηδενὶ, *Sapientem ignoscere nemini*: deinde Συγγνώμην ἔχειν, exposuit εἴκειν.

Expressus autem hic versus ex illo *Pythagoræ* decreto quod *Laertius* profert. Ἀλλήλοις

In Pythagora. τε ὁμιλεῖν ὡς τοῦ μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι· τοὺς ἐχθροὺς δὲ φίλους ἐπισώσαι. *Ita cum aliis vivendum esse, ut neque amici nobis inimici fiant: & inimici amici esse incipiant.*

Ἁμαρτάνῃ δ' εἵνεκα μικρῆς. *Levis peccati gratia.* Qualia sunt quæ cum verrucis com-

Sat. 3. lib. 1. parat *Horatius.*

Ὄφελ-

Ὅφρα δύνῃ. Ut infra, κατ' ὄσον δύνῃ. *Quantum potes.* Sententia est; Enitendum esse ne amicorum delictis facile offendantur. Qua de re commemorabilis est Thrasææ Stoici vox apud *Plinium*, *Qui vitia odit, homines odit.* *Epist. 22.* Eaque *Plinii* epistola tota, hujusce præcepti quædam quasi interpretatio est. *lib. 8.*

Σφρῆς vero sive *austeros*, & ignoscere amicis aut cedere nescientes, non esse φιλικὰς sive *natos ad amicitiam*; atque εὐνοᾶς quidem dici posse, id est, benevolentes, non autem φίλους sive *amicos*, docet *Aristoteles* ad *Nicomachum*. *c. 6. l. 8.*

Δυώμεις γάρ. Interpretatio illius clausulæ ὄφρα δύνῃ, *Quantum potes.* Nam ut illud, *Quantum potes*, declararet Pythag. *Facultatis domicilium vicinum esse* inquit *necessitati*; hoc est, Tantum autem potes amici tui delicta patienti animo ferre, quantum si necessitas tibi allata esset ferendi ferres. Eaque interpretatio est *Hieroclis*. Allata vero necessitate quantum valeamus intelligi, docent Proverbia, *Necessitas magistra*, *Necessitas rationum inventrix*, *Telum maximum necessitas*.

Ἐγγύθι ναίει. Facultas vicina est necessitati; quoniam ubi facultatis extremum est, ibi necessitatis principium. Qui enim posse desinit, non posse incipit. Quo sensu etiam Poeta *Hesiodus* dixisse videtur vitium esse vicinum virtuti——κάλα δ' ἐγγύθι ναίει. Nam vitii extremum est principium virtutis, ut extrema pars noctis attingit principium diei. Ergo sic etiam versus hic *Pythag.* in-

telligi potest. Ignoscendum esse amicis *quantum potes.* Nam facultas vicina est necessitati. Hoc est, Neque enim semper potes; nam sæpe facultas impeditur necessitate: ita ut recte nominentur vicinæ res posse & non posse, eoq; modo speciem habet Proverbii.

Ἀνάγκης. Duplex intelligi potest *necessitas*: una cogens, ut in explicatione *Hieroclis*: altera prohibens, sive impediens facultatem, de qua diximus: Eamque *Aristot.* vocavit τὸ βίαιον καὶ τὴν βίαν, i. e. *violentiam*, quid autem appellet vim aut violentiam, ipse his verbis declaravit; τοῦτο δ' ὅτι τὸ παρὰ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν προαίρεσιν ἐμποδίζον καὶ κωλυτικόν. *Violentiam*, inquit, *appello id quo naturæ impetus, aut consilium rei alicujus suscipiendæ, quasi impeditur ac retinetur.* Eademque de re agitur etiam in libris de Demonstratione. c. 5. l. 4. Sapientiæ. c. 5. l. 2.

Τοῦτο μὲν οὕτως ἴσθι. Transitio, qua usus etiam Theognis eodem modo.

Τοῦτο μὲν οὕτως ἴσθι· κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει

Ἀνδράσιν.——

Hæc ita sint. at tu fœdi commercia longe
Sperne hominis,——

Κρατεῖν. Quod ἄρχειν Socrates dixit apud *Xenophon.* Ait enim *expetendum esse amicum ὅστις ἄρχει γαστρός τε, καὶ φιλοποσίας, καὶ λαγνείας, καὶ ὕπνου, καὶ ἀργίας*, hoc est, *eum qui imperet ventri, vinolentiæ, libidini, somno, & languori.* Lib. 2. de vita Soc.

Δὲ ἐδίζεο. In aliis editionibus, ut *Venetis*, concinnius Ionice δ' εἰδίζεο.

Γαστὸς

Γαστὸς μὲν πρώτισα. Simile illud quod in statuis *Anacharsidis* inscribebatur, Γλώσσης, γαστὸς, αἰδοίων κρατεῖν, ut est apud *Laertium*. h. e. *Linguæ, ventri, libidini imperandum esse.* *In Anacharside.*

Αἰχμώεο Ζαυτόν. Sententia *Thaletis Milesii* apud *Ausonium*. *In dictis Sapient.*

Turpe quid ausurus, te sine teste time.

Eandem vero multi alii usurparunt; ut apud *Stobæum Democritus*, *Theophrastus*, *Musonius*, *Cato*; Et apud *Laertium*, *Demetrius Phalereus*. Et *Galenus*, proferens hunc locum, inquit, Σὺ δ', inquit, Ζαυτὸν αἰδοῖ μάλιστα, πειθόμενον τῷ φάντι, *Sermone 222. In Demetrio. Libro de cognitione & curatione morborum animi.*

——Πάντων δὲ μάλιστ' αἰχμώεο Ζαυτόν.

h. e. *Tu autem verere teipsum potissimum, obtemperans illi qui præcepit, &c.*

Ἀσκεῖν. Mutata interpunctione ἀσκεῖν referri potest ad verbum ἔθιζε; aut sumi pro ἄσκει. Infinita enim Attice pro imperativis ponuntur καλ' ἔλλειψιν, intellectis verbis θέλε aut πρόθες, i. e. *velis* aut *studeas*: qua de re legendus *Joannes Grammaticus*, & *Eustathius*. Aut supplendum est verbum χρὴ vel δεῖ, ut ἀσκεῖν δικαιοσύνην, pro δεῖ sive χρὴ ἀσκεῖν δικαιοσύνην. Nam Attice verbum χρὴ & δεῖ omitti solet, ut apud *Aristot.* πρῶτον εἰπεῖν, h. e. πρῶτον δεῖ sive χρὴ εἰπεῖν. In quem locum legendus *Joannes Philoponus*. Neque dissimilis locutio Latina est, de qua *Priscianus*. Sed non dissimulabo etiam à *Stobæo* citari hunc locum, & legi non ἀσκεῖν, sed ἄσκει, quod magis placet. *In Hesiodum. In 1. Il. c. 1. l. 1. de Ratiocinat. c. 3. l. 18. Sermone 1.*

Μηδὲ περὶ μηδέν. Attice duplex negatio vice affirmationis. Legendus *Eustathius*. Atque hoc etiam Latini secuti sunt, ut semel atque iterum doceat *Marcellus De doctorum indagine*. In l. II.

Σαυτὸν ἀλογίστως ἔχειν. Pro Σαυτὸν ἀλόγιστον εἶναι, i.e. *Imprudentem* esse. Nam versus antecedens ad Justitiam pertinet: hic autem de Prudentia est. ἀλόγιστος vero inconsideratus & incautus, agit hoc præcepto de ducendis affectibus ad obsequium rectæ rationis, *quæ summi Jovis vera lex, dominaque omnium & Regina*, Tusc. 2.

Ἀλλὰ γνῶθι. Respicit ad præceptum *Apollinis* γνῶθι σεαυτόν. Nam illi præcepto ea vis atque notio subjecta est, ut norimus nos esse mortales. Itaq; Seneca, *Mortis*, inquit, *meminisse jubet illa Pythicis oraculis adscripta vox* γνῶθι σεαυτόν. Hinc etiam illud expressum *Simonidis* ad *Pausaniam* dictum, μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, hominem te esse memineris, h. e. mortalem. De qua sententia *Plutarchus*. Atque eo respiciens *M. Tullius*, *Homines*, inquit, *ut nos esse memincrimus*, &c. Consol. ad Marciam. Consol. ad Apollonium. Ep. 16. l. 5. ad fam.

Θαυμάζειν πάντων ἄπαστι. Quod *M. Cicero* dixit *Omnibus definitam esse mortem*. Pro Sextio.

Χρήματα δ'. Sic apud *Platonem Socrates*, Philosophum esse non oportere φιλοσώματον, φιλοχρήματον, φιλόπλουτον, *appetentem vitæ & voluptatis, aut divitiarum, aut honoris*. *Pecunium* enim *in loco negligere maximum interdum est lucrum*, Terent. Adelph. 2. 2. In Phædone.

Ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ. *Pecunia interdum*

dum acquiri solet, interdum amitti. Mobilis enim est, perinde ut fortuna ipsa quæ pecuniam sive opes largitur, inconstans & volatica est. ἂν πλοῦτος αὐξήσειν, ἢν δ' ἀπόλεσεν, *Eurip.* in *Oedip.* & in *Phæniss.* memorat S S. Scriptura πλούτου ἀπάτην *Mar.* 4. 19. & ἀδηλότητα *incertitudinem* 1 *Tim.* 6. 17. Ergo φιλεῖ, id est, *amat*, positum pro εἴωθε sive solet.

Sed in editionibus plerisque, ut Venetis, imperandi verbum est φίλει. Quod mihi concinnius videtur. *Ama*, inquit, *pecuniam alias quærere alias vero consumere*, significans in pecunia nihil expetendum esse præter usum. Sic *Chremylus* apud *Aristoph.* *In Pluto.*

Χαίρω τε γὰρ φειδόμενος ὡς οὐδεὶς ἀνήρ·
Πάλιν τ' ἀναλίσκων· ὥστ' ἂν τότε λέγ. h. e.
Nam & gaudeo, ut nemo alius unquam, parcere,
Et parta dissipare rursus, ubi est opus.

Jam autem φίλει pro *soleas*, nam φιλεῖν pro εἰωθέναι i.e. *solere*, ponitur Attice, quoniam rebus solitis sive usitatis delectamur. Quod loquendi genus etiam Latini usurparunt, ut *Horatius.* Neque Poetæ solum sed etiam cæteri scriptores. ut *Ausonius* in Gratiarum actione, & *Ammianus Marcell.* *Ode* 3. *l.* 2. *Ode* 16 *l.* 3. *Epod.*

Ergo κλᾶσθαι φίλει, *quærere ama*, est, *solitus sis quærere*, sive *libenter quære*. φιλεῖν vero etiam poni pro ξυμβαίνειν lege apud Euripidis interpretem. *Ode* 8. *Lib.* 16. & 17. *In Phœnissas.*

Ἄλλοτ' ὀλέσθαι. Quod eleganter dixit *Hierocles*, ἀποκλᾶσθαι. soni similitudine quæsita.

κτᾶσθαι· ἀπόκλασις. Sic Latine, *nasci denasci.* pro ὀλεθρος *H. Wolfius* legit ὀλέσσαι.

Consolatione ad Apollon. Ὅσσα δέ. Hic versus & sequens citatur à *Plutarcho.*

Δαιμονίοισι τύχαις. *Casibus divinis, sive à deo profectis.* sive iis malis aut damnis quæ cuique pro meritis evenjunt. Recte *Sophoclis* illud huic sententiæ convenit, in *Oed. Colon.* τὸ θέσθαι δὴ θεῦ, κοὐδὲν χρὴ φέρειν. Nec illud *Plauti* alienum, Cap. 2. 1. Si Dii immortales id voluere, vos hanc ærumnam exsequi, Decet id pati æquo animo: si id facieris levior labos erit. Qua de re multa philosophatus est *Hierocles.*

Odyss. 1. Βέλτοι ἄλγε' ἔχουσιν. Expressum ex illis *Homeri* verbis, quibus apud eum *Jupiter* de hominibus conquerens exclamat,

——ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.
Præter vim fati subeunt mala——

Ergo quod *Homerus* dixit μόρον, *Pythagoras* vocavit δαιμονίαν τύχην. Ἄλγεα vero ἔχειν, etiam ἄλγεα πάσχειν, & πήματα πάσχειν *Epist. 2. lib. 1.* dixit *Homerus. Aspera perpeti* convertit *Horatius.*

Ὧν ἂν μοῖραν. ἃ ἔμοιρες· ἃ εἰς μοῖραν ἔλαχες. *Quorum fatalem partem fortitus es;* sive quæ miseriarum à fato pars tibi assignata est, hanc perfer. *feras non culpes, quod vitari non potest.* Μοῖρα enim hoc in loco *sors fatalis.* de qua hujus verbi notione legendus *Eustath. In Odyss. 20. Consol. Apoll.* Ἔχης. Apud *Plut.* ἔχοις, quod minus placet. apud *Stobæum* autem ἔλης, quod probabile est. *Ser. 254.*

Πρόσω

Πεφόβω φέρε. Apud *Plutarch.* Ταύτῳ ἔχε. Quod elegantius videtur ob repetitionem verbi ἔχω. Ut in Epigram. *Nicarchi,* Ἦν ἐν χερσὶ λάβῃς, λάβε· ἢν τέκε, μὴ δόμεν εἶναι. Apud *Stobæum* autem est ταύτῳ φέρε. *Loco citato.* *Antholog. l. 7. Sermone 254.*

Ἰᾶσθαι χρέπει. Mederi convenit malis humanis, *privatim* quidem præceptis philosophiæ, *publice* vero lege. De Philosophiæ medicina *Plutarchus,* τῶν ἐν ψυχῇ ἀῤῥωστημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνη φάρμακόν ἐστι. *Animi vero,* inquit, *morborum & perturbationum nulla est medicina præter philosophiam.* Eaque de re liber *Galeni* est: scilicet, De cognitione & curatione morborum animi. De legis autem medicina *Euripides* in Bellerophonte apud *Stobæum,* *Lib. de instit. puerili.*

Νόσοι δ' ἀνθρώπων, αἱ μὲν εἰσ' αὐθαίρετοι·
Αἱ δ' ἐκ θεῶν παρεισιν· ἀλλὰ τῷ νόμῳ
Ἰάσιμοι αὗται. *Sermone 242.*

Aut sponte nobis parimus ægritudines,
Aut ira cœlitum invehit. Sed omnium
Medicina, leges.

Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τέτων. Τέτων scilicet δαιμονίων τυχῶν. Quia ut diximus, eveniunt cuique pro meritis. Interdum tamen etiam viris bonis eveniunt res adversæ, verum ut inquit *Pythagoras* ὀ πάνυ πολύ, *non magnopere,* aut, *non frequenter.* Quod *Epicurus* dicebat, *Fortunam exiguam intervenire sapienti,* apud *Cic.* περὶ τοῖς κακοῖς καλῶ, juxta proverb. apud *Athenæum* lib. 9. *malis mala.* *Lib. 1. & 2. de finibus.*

Λόγοι

Λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί. Δειλὸν opposuit ἐσθλῷ, δειλὸν sumens pro *malo*. Ut soliti sunt id verbum usurpare *Pythagorei*, ut infra, Δειλῷ τοι φήσειν, pro κακῷ, & δειλὰ μὲν ἐπορήξας, id est, κακά: & in versu illo *Pythagoræ* decantato,

Δῆλοι, πάνδηλοι κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἐλέσθαι.

Pro κακοὶ & παχέσιοι.

Περοπίπτειν. Ut *verba ad aures accidere*, dixit *M. Cicero*.

In Vatinium.

Ὧν μήτ' ἐπλήσατο. Mihi legendum videtur, non ut est in libris vulgatis ὧν, sed potius Ionice ὧν pro ἕν sive igitur. sententia enim est, Multi sermones hominibus ad aures accidunt, boni ac mali. Quocirca delectum adhibendum esse, & cavendum ne aut miremur eos temere atque inconsiderate, aut respuamus. Nam fucatos pro sinceris admitteremus, & veros pro simulatis repudiaremus. Atque ita videtur legisse *Hierocles*, cum inquit, μήτε ἓν πάντας καταδέχου, φησὶν ὁ Πυθαγόρας. ἵνα μὴ καὶ τοὺ ψευδεῖς. μήτε πάντας ἀποβάλῃς· ἵνα μὴ καὶ τοὺ ἀληθεῖς. *Neque igitur omnes sermones recipe, inquit* Pythagoras, *ne falsos una recipias: neque omnes respue, ne una etiam veros repudies.*

Ψεσδῆ δ' ἰῶ πρ. Orationis unum discrimen est ut honesta sit aut turpis; de quo jam dictum est: alterum ut vera sit aut falsa; de quo nunc discrimine adjungit: præcipiens ut lenes simus in refellendis mendaciis, non appetentes rixæ & contentionis. Qua de re jucunde multa *Horat.*

Epist. 18.

Alter

Alterrixatur de lana sæpe caprina, &c.

Τὶ λέγοιτο. Stobæus proferens hunc locum legit, *Serm.* 28.

—Ψεδδῶ δ' ὧ Ζοι τὶ γόητα φρένως εἶκε.

Sed vulgata lectio magis placet.

Παρείπη. Παρειπεῖν est *fallaciter & captiose persuadere.* Quanquam autem παρειπεῖν de verbis proprie usurpetur, tamen *Pythagoras* quasi commune posuit rerum & verborum, ἔργα καὶ λόγα. Nam verbum alterutri rei proprie convenire satis est: ut apud *Homerum,* *In* 1. *Il.*

—Σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες, *Cibum ac vinum edentes: Eustath.* Sic Latine apud *Cicer. Torquatus sibi torquem & cognomen induit.* & *Vafinib.* 1. *Tusc.* *Lib.* 2. *de*

dit in eundem carcerem, & in eundem scyphum Theramenes. Virgilius. 9. *Æn.*

Seu pacem, seu bella geram——

Legendus *Fab. Quinctil.* c. 3. *l.* 9.

Βιαλῶς ἢ περὶ ἔργα. Sententia crebro usurpata, ut à *Sallustio, Demosthene, Biante* apud *Laertium, Isocrate* ad *Demonic.* proverbii etiam vice usurpari solitam ex *Aristotele* intelligere licet ad *Nicom.* & *Eudem.* *In Catilin. Philip.* 1. *& oratione de pace. c.* 8. *l.* 6. *lib.*

Μωρά. Inepta, ut in Glossematis Græcis, & apud *Priscianum.* 5. *c.* 6. *l.* 13.

Δειλῶ περὶς ἀνδρός. Sic proverb. Μωρὰ δ' μωρὸς λέγει. *Ineptus inepta loquitur.*

Πρῆσσε ἢ μηδὲν ἄλλ' μὴ ἐπίσασαι Sic proverb. ἕρδοι τις ἕκας & εἰδείη τέχνω, *Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.* Sequitur ἀλλὰ διδάσκε. Nam teste *Pindaro Olymp.* 8. *P.* 53. ἄγνωμον μὴ τὸ πρᾶγμα δεῖν,

Stultum

Stultum est non prædidicisse. quocirca περὶ ἧς λέγεται μάνθανε. & Plinius, *Aut si*, inquit, *tutius putas illud cautissimi cujusque præceptum,* *Quod dubitas ne feceris, idipsum rescribe.* Sic M. Cicero. *Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere quod dubites æquum sit an iniquum.*

Lib. 1. de Offic.

Οὐδ' ὑγιείης τ' περὶ σῶμα. Non dixit ὑγιείης simpliciter, sed cum adjunctione τῆς περὶ σῶμα. Quasi cum de animi valetudine dixerit, nunc det præceptum de valetudine corporis. Duplex enim valetudo, nempe *animi & corporis.* Ut apud Senecam. *Roga*, inquit, *bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis.* Citatur autem hic locus à Stobæo, & legitur κτὶ σῶμ'. Refert *Plato* in conviviis cantari solitum, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν, ἄριστόν ἐστι· τὸ δὲ δεύτερον, καλὸν ἡγέσθαι· πεῖτον δὲ, τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. *Pyrrhus Epirota* nihil impensius rogare solitus, quam unum ὑγιαίνειν, *valere ac sanum esse.*

Ep. 10.

Sermone 243.

In Pytha.

Ἀλλὰ ποῖόν τε μέλεον. Cujusmodi *Pythagoræ* decretum est quod profert *Laertius*, Μὴ πυρ ἐσθίειν, μήτε ἧς πόνων, μήτε ἧς σιτίων μαλθακῶν τῶν συμπεπείαν. Hieron. in reg. monach. *modicus ac temperatus cibus, & carni & animæ utilis.* *Demonicum* ita monet *Isocr.* ἄσκει ἧς περὶ τὸ σῶμα γυμνασίαν, μὴ τὰ πρὸς τ' ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τ' ὑγίειαν συμφέροντα. Valetudine hujusmodi præscribit *Cicero* fam. epist. πέψιν, ἀλυπίαν, περίπατον συμμέτρον, πέρψιν, & εὐλυσίαν τῆς κοιλίας. Noti sunt versiculi Icholæ *Salerni.*

Si

Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant
Hæc tria; mens hilaris, requies, moderata diæta.

Καὶ Σίτῳ. A recto σῖτον. Nam σῖτον panis, σῖτος frumentum. Legendus *Eustath.* *In* 18. *Il.*

Ὁ μή σ' ἀνιήσει. Ejusmodi modum servandum esse cujus pœnitere non possit, ne scilicet vires aut inedia aut exercitationibus immoderatis frangamus. Quæ sententia sic posita est ab *Aristot.* Τάττε γὰρ τοῦ σώματος τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει πως ἰσχύν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πιτὰ, καὶ τὰ σιτία, πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα φθείρει πως ὑγίειαν· τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ, καὶ αὔξει, καὶ σώζει. *Nam exercitationibus, inquit, corporis supra infraque modum adhibitis vires debilitantur; & cibi ac potiones si plus minusve quam par est sumserimus, valetudini adversantur: moderatæ vero bonam valetudinem efficiunt, augent, conservant.* Cic. de Senect. monet, *Tantum cibi ac potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Audi *Platonem* In Theæt. ἡ περὶ σωμάτων ἕξις οὐχ ὑπὸ ἡσυχίας μᾶλλον καὶ ἀργίας διόλλυται, ἢ ὑπὸ γυμνασίων καὶ κινήσεων ὡς σωτηρίαν σώζεται. *Nic. Com. l. 2. c. 2. ad fin.*

Εἰδέναι δὲ δίαιταν ἔχει. δίαιτα vitæ rationem significat, ἐπὶ τῶν ἐδωδίμων τε καὶ πινομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, τοῖς ὑπ' αὐτῶν γινομένοις καὶ τὰ περὶ ἀνθρώπων σώματα. Galen. Comment. 3. in lib. 2. Epid.

Καθάρσιον, ἀθρυπτον. Καθάρσιον & ἀθρυπτον medium est, τρυφερὸν & ῥυπαρὸν, id est deliciæ & sordes, duo extrema, quæ perstringi *Horat.* *Sat. 2. l. 1.*

Pastillos

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum;
Nil medium est. ——

Epist. 87. Qua de re *Seneca*, qui *Rucillum* vocat, non *Rufillum*. ἁδρυπῆ & non delicata nimis, qualis tribuitur Syracusanis & Sybaritis.

Ὁπόσα φθόνον ἔχει. Φθόνον dixit intelligens *reprehensionem* sive μέμψιν, ut recte *Hierocles*. itaque ὁπόσα φθόνον ἔχει est, Quæcumque reprehensionem habent, pro, ea quæ reprehensioni esse debent, aut possunt. Quo genere loquendi etiam *M. Cicero* dixit. *Invidiam vero his temporibus habere consulatus ipse nullam potest.* *Pro Murena.*

Μὴ δαπανᾷν. Δαπανᾶν est non simpliciter consumere, sed splendide vivere; ac dissipare atque abligurire patrimonium. Lege *Suidam*.

Ὁποῖα κλῶν ἀδαήμων. Aliter hoc apud *Stobæum*, scilicet ἀπειροκάλως ἔνι ἡμῖν. Fortasse mendose, pro ἐνὶ ἡμῖν *in nobis*, pro in nostra societate. Notæ vero *Pythagoreorum* societates. *Serm. 77.*

Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. *Cleobuli* sententia est, proverbii speciem habens, μέτρον ἄριστον, *Modus res optima*, apud *Laertium* & apud *Ausonium*. Legendus *Plutarch.* in convivio septem sapientum. Sic *Theognis* πάντων μέτρα ἄριστα. *Phocylides*, *In Cleobulo.* *In dicta sapientum.*

——Κἀγὼ δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι.
——Τὸ γὰρ μέτρον ἄριστον ἐπ' ἀνθρώποις.
——Ἰσότης ἐν πᾶσιν ἀρίστη. Item
Πάντων μέτρον ἄριστον——Lege Proverb. *Ne quid nimis.*

Μὴ

Μηδ' ὕπνον. Convertit Latine *Auſon.* *Eclog. de viro bo.*
Nec prius in dulcem declinat lumina ſomnum, &c.

Μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι. Molles hominum oculi generatim, exceptis morientium oculis interdum, ut apud *Suetonium*, & furentium, ut apud Plautum in *Menæchmis*, Scena *Ædepol.* Speciatim autem apud *Ovid. molles oculi* proclives ad flendum. *in Nerone c. 49. lib. 1. de Remed. amor.*

Mollibus eſt oculis? quod fleat illa refer.

Πεὶν τὸ ἡμισυ τῶν. Profert *Arrianus* in *Epicteto*, ſed paulo aliter, ſcilicet πεὶν τὸ ἡμισυ τῶν ἔργων λοιπεσθαι ἔνεκα. *c. 10. l. 3.*

Τρὶς. *Ter.* Nam is numerus perfectionis apud *Pythagoreos*, lege *Ariſt.* *c. 1. l. 1. de cœlo.*

Πῆ παρέβλω; Convertit *Auſon.* *Eclog. de viro bono.*
Qua prætergreſſus?—

Sic enim rectius legitur, quam *quæ*, aut, *quo prætergreſſus*, &c. Habet autem Proverbii ſpeciem orti à *Pythagora.* Nam is hunc verſum crebro uſurpavit, hortari ſolitus autores ſuos *ut commemorarent eum quotieſcunque domum ingrederentur.* Sic enim *Laertius*, Λέγε τε παρεγγυᾶν αὐτὸν ἐκάστοτε τοῖς μαθηταῖς, πρὸς λέγειν εἰς τὸ οἶκον εἰσιόντας. *In Pytha.*

Πῆ παρέβλω; &c.

Proverbii autem vice uſurpaſſe videtur *Plutarch. Impios quotieſcunque res eis adverſæ contigerint, ſcelerum ſuorum ea ſupplicia eſſe perſtitioputare, & cogitare illud,* *lib. de ſuperſtitione.*

Πῆ παρέβλω; &c.

Hinc illud apud *Ciceronem M. Cato. Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia,* *lib. de ſenectute.*

tia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro veſperi. Eoque reſpiciens *Seneca*, *Animus quotidie ad rationem reddendam vocandus eſt——Faciebat*, inquit, *hoc Sextius, ut conſummato die cum ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum, Quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es?* Sic Horatius,

c.36.l.3. de ira.

Sat.4.l.1.

——Neque enim cum lectulus, aut me
Porticus excepit, deſum mihi. Rectius hoc eſt:
Hoc faciens vivam melius.——

Quibus ex locis intelligere licet, præcipuum hujus verſiculi, Πῶ παρέλθω, commemorandi tempus fuiſſe veſperi, cum diſcederent cubitum: matutini vero temporis cum expergiſcerentur, non diſſimilem fuiſſe meditationem, ex eo *Pythagoræ* præcepto intelligi poteſt, quod profert D. *Hieron. Duorum temporum maxime habendam curam, mane & veſperi, id eſt, eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſerimus.*

Epiſt. adverſus Rufinum.

Οὐκ ἐτελέσθη. *Arrian.* in *Epict.* loco citato,

——πῶς δέον ἐκτετέλεσται.

Ἀξιάμωρ δ' ἀπὸ τοῦτε. *Arrian.* loco citato, ἀξιάμωρ δ' ἀπὸ τοῦδε.

Pædagogi lib.1. Δεινὰ μὲν ἐκπεφύζας ὅπλησεο. Profert hunc locum *Clemens Alexandrinus*, atque ἐπ-

ὀπιπλήσσειν exponit νουθετεῖν. τὸ δὲ ὀπιπλύσσειν τὸ νουθετεῖν καλεῖται· τὸ δὲ ἐντυμολογεῖσθαι, ἡ νουθέτησις, τοῦ ἐνθεμαπσμός. ὡς εἴη τὸ ὀπιπλητικὸν εἶδος, τοῦ πειπτικοῦ. Ἐπιπλήσσειν sive increpare, inquit, etiam dicitur νουθετεῖν Cujus verbi ca notatio est, ut sit νουθέτησις quasi νοῦ suæ mentis ἐνθεμαπσμὸς sive ingeneratio. ita ut species admonitionis ea quæ dicitur ὀπίπλῆξις vim habeat inserendi mentem sive sapientiam. Quod autem dixit ἐνθεμαπσμὸν, idem vocavit ἐμπόίησιν, definiens νουθέτησιν ψόγον νοῦ ἐμποιητικὸν, vituperationem quæ inserat mentem. In verbis autem *Clementis* τὸ δὲ ἐντυμολογεῖται, ἡ νουθέτησις, τοῦ ἐνθεμαπσμὸς, illud ἡ νουθέτησις glossema est. c. 9. ejusd. libri.

Quid autem sit ὀπιπλήσσειν docet *Clemens* idem, ὀπίπλῆξιν definiens ὀπιπίμησιν ὀπιπλητικὸν ψόγον πλητικόν. denotans ὀπιπλήσσειν esse quasi verberatione quadam rationum & verborum reprehendere. Profert hunc locum etiam *Arrian.* in *Epicteto* loco citato, & legit δεινὰ μὲν ῥέξας ὀπίπλησσε. Sed vulgata lectio magis placet. Loco citato,

Ταῦτα πόνει. Πόνει refert ad memoriam quæ laborat in præceptis retinendis: ἐπιμελέτα vero ad acumen sive docilitatem, qua percipimus & meditamur: ἔρα vero ad cupiditatem discendi, sive σπουδὴν ac φιλομάθειαν, & φιλόκαλον. Legendus *Hicrocles.*

Θείης ἀρετῆς. Divinæ virtutis. Duplex enim virtus: una quidem ἡρωϊκὴ sive θεία, heroica sive *divina*: altera vero ἀνθρωπίνη sive *humana*. Ut est apud *Aristot.* ad *Nicom.* c. 1. l. 7.

In Theæteto. Εἰς ἴχνια. Τὸ θεῷ εἰς ἴχνια θείας ἀρετῆς, *In virtutis divinæ vestigiis collocare*, nihil aliud est quam ὁμοιῶσαι τῷ θεῷ, sive *Deo similem efficere.* Similimus autem Deo sapiens sive præditus virtute. Qua de re *Plato* & *Galenus* nonnihil, & alii plurimi.

Lib. de cognit. & curat. morb. anim. c. 3. l. 1. v. 6. l. 1. Ναὶ μὰ τὸν. Profert hunc locum *Plutarchus* De Philosophorum decretis, & *Macrobius* in somnium *Scipionis*: sed paulo aliter, nempe, Οὐ μὰ τ, &c. Ex quo intelligere licet, cum *Pythagoræ* discipuli asseverarent, jurare solitos Ναὶ μὰ τ ἀμετέρᾳ, &c. Contra vero cum quid negarent, Οὐ μὰ τ ἀμετέρᾳ, &c. Esse autem μὰ sive ναὶ, sive conjunctim μὰ ναὶ formulam asseverandi: contraque ἢ μὰ negandi, copiose disputavit *Eustath.* in *Iliad. 1.* *Homerum.* Sic *Pythagoras* ipse initio libri de natura apud *Laertium*, Οὐ μὰ τ ἀέρα, &c. Qui locus supra citatus est.

In Pythagora.

Loco citato. Παραδύλα. Proferens hunc locum *Plutarchus*, & *Macrobius*, ait, *Pythagoreos* jurare solitos τετρακτὺν sive *quaternarium.* Atqui non τετρακτὺν jurabant, sed παραδύντα τετρακτύν, sive illum à quo τετρακτύς sive quaternarii scientiam acceperant. Is autem doctor eorum *Pythagoras.* *Pythagoram* itaque juratum ab eis, recte ait *Sextus Empiricus*, & interpres *Hicrocles.* Sed pro *Plutarcho* & *Macrobio* responderi potest; Si propter quaternarii accepti beneficium, per *Pythagoram* jurejurando interposito res suas firmarunt, multo magis quaternarii ipsius jurejurando fidem suam adstringere potuerunt. Notum est enim

c. 20 adversus mathematicos.

illud

illud *Aristotelis*, Ἀεὶ γὰρ ὃ ἕνεκά τινος &c. *semper ea res propter quam alia exsistit, ipsa magis exsistat necesse est.* c. 2. l. 1. de demonst.

Ἀμείνω ψυχὴ Παιδεύειν ψυχὴν μαθητῆς, pro διδάσκειν, *Tradere disciplorum mentibus*, pro *docere*. Nihil enim aliud est docere quam menti tradere: & discere, nihil aliud quam mente accipere. Itaque *Theodorus*, qui ex re cognomentum traxit *Athei*, dicere solitus erat, τῇ δεξιᾷ τοὺ λόγους ὀρέγοντα ἄνθρ, τῇ ἀριστερᾷ δὲ χεῖρα τοὺ ἀκροωμένους. h. e. *Cum ipse dextera manu sermones de philosophia traderet, à discipulis eos læva manu apprehendi.* ut est apud *Plutarchum*. Animæ vero nostræ dixerunt *Pythagorei*, quoniam quaternarius animi numerus est. Qua de re paulo post dicendum erit plenius. *Lib. de Tranqu. anim.*

Τετρακτύν. Explicatur hîc locus à *Plutarcho* in Philosophorum decretis hoc modo; Eos qui à *Pythagora* sunt Philosophos quaternarium jurare consuevisse, duabus de causis. Primum quia *Pythagoras* eorum doctor omnia ex numeris eorumque inter se proportionibus constare dixerit. Principia vero prima rerum esse unionem ac binarium; ac in illo quidem formæ vim esse, in hoc vero materiæ. Generatim autem, sive universi numeri vim ac naturam esse denarium, quoniam ad hunc usque numerum simplices numeri sint, deinde autem rursus ab unione incipiendum esse. Denarii vero numeri vim esse in quaternario. Nam si quis numeros illos qui sunt usque *Cap. 3. lib. 1.*

ad quaternarium adjunxerit, exsistet denarius hoc modo. Itaque ratione principii sive unitatis, sive reipsa numerus universus in denario est: vi autem sive potestate in quaternario. Altera vero cur ita jurarent causa fuit, quoniam quaternarius esse videatur numerus animi humani. Quatuor enim his rebus constare animum, *mente, scientia, opinione, sensu.* Quæ *instrumenta quatuor judicandi* esse, posuit *Aristot.* Et *Hierocles* interpres ea vocavit *κριτικὰς δυνάμεις*, i. e. *facultates judicandi.* Quemadmodum vero mens humana similitudinem habeat unitatis, scientia binarii, opinio ternarii, docet *Plutarch.*, & à me, quoniam sic instituti sermonis ratio postulare videtur, paulo uberius declarabitur.

1. 2. 3. 4. — 10.

c. 3. l. 3. de Anim.

Loco cit.

Principio mens humana similis unioni est, quoniam quæ multa sunt extra mentem, ea cogitatione sive mente unum fiunt: ut multi homines singulares sunt in natura, *Coriscus, Alexander, Clinias,* & cæteri; sed unum est, & communiter in omnes præditos specie figuraque humana conveniens, quod mente percipitur, natura quæ definitione declaratur, sive animal capax rationis ac disciplinæ. Quare ut natura hominum est una; ita *quæcunque est hominis definitio, una in omnes valet*, ut inquit *M. Cicero.*

Lib. 1. de Legibus.

Scientia vero binarii speciem habet, quoniam binarius, ut *Pythagoras* dicebat, numerus est *infinitatis*: scientia vero à rebus certis

tis & confessis, progreditur ad incertas, & dubitatione quasi infinitas. Nihil enim aliud est ἀπόδειξις sive argumentatio, quam *ratio quæ ex rebus perceptis, ad id quod non percipiebatur adducit*; ut positum est à *Cicerone*, ad exemplum ut opinior *Stoicorum*, à quibus non dissimilis expressa definitio est apud *Laertium*, Ἀπόδειξίς ἐστι λόγος δι' οὗ μᾶλλον καταλαμβανόμενον, τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον, περὶ πάντων. *In Lucul.* *In Zenone.*

Opinio persimilis ternarii est. Nam opinio non minus varia est ac multiformis quam *Proteus*: ternarius vero primus est numerus qui denotet multitudinem. Unde illud sermonibus tritum, *Terque quaterque*, id est, sæpius, ut apud *Horatium*, & *Propertium*, *Virgilium*, *Tibullum*, & apud *Homerum*, *Ode 31. l. 1. & 21. Eleg. 10. lib. 3.*

Τεὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις---- *Æneid. l. 4. 6. 12.*

Atque hæ fere sunt rationes *Plutarchi*. *Eleg. 3. lib. 3.*

Cur autem quaternarius numerus cum sensu comparetur, nihil à *Plutarcho* commemoratum est; nisi, quod equidem suspicor, in libro ejus lacuna est. Videri autem potest, quaternario numero cum vi sentiendi in eo convenire, quod ut quaternarius unitate, binario, ternario posterior est: sic perceptio sensuum posterior est mente, scientia, opinione, non quidem in rudi sive naturali, sed in artificiosa, & limata cognitione, quæ propria est philosophorum. Præterea sensus & quaternarii similitudo ex eo sumi potest, quod perinde ut vi ac facultate in quaternario continetur unio, binarius, ac ternarius: sic mentem, sci-

entiam, & opinionem, affirmare licet potestate quodammodo ineſſe in vi ſentiendi, non aliter quam eæ res in principio eſſe dicuntur, quæ de principii ceu fonte profluunt. A ſenſibus enim quaſi principiis omnis proficiſcitur cognitio. Itaque *M. Cicero, Quicquid*, inquit, *animo cernimus, id omne oritur à ſenſibus.* Et *Epicurus* apud *Laertium*, πᾶς γὰρ λόγος ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἤρτηται. *Omnis*, inquit, *ratio apta eſt à ſenſibus.* Sic philoſophiæ princeps *Ariſtoteles* mentem abſque ſenſu ait, videri eſſe ὥσπερ γραμματεῖον, ᾧ μηδὲν ὑπάρχει ἐνδελεχείᾳ γεγραμμένον. i. e. *quaſi tabellas in quibus nihil adhuc perſcriptum fuerit, ſed perſcribi omnia poſſint.* Nam facultatem illam recipiendi omnia declaravit *Ariſtoteles* adjectione verbi ἐνδελεχεία. Neque diſſimili ratione poſuit in præceptis de Demonſtratione, *Eum qui ſenſu aliquo ſit orbatus, ſcientia rei alicujus carere neceſſario.* Hæc igitur de *Pythagoreorum* quaternario fere *Plutarchi* eo quem citavimus loco ſententia eſt.

Lib. 1. de Finibus.

In Epicuro.

Cap. 4. lib. 3. de Anima.

Cap. 8. lib. 1.

Libro de Platonis Timæo.

Sed *Plutarchus* idem alibi longe aliter numerum quaternarium ſive τετρακτὺν *Pythagoræ* declaravit. ſcilicet quaternarii nomine intelligi numerum XXXVI. quia is numerus contineat in ſe quatuor primos numeros pares, & quatuor numeros primos impares. Primi vero numeri pares, binarius, quaternarius, ſenarius, octonarius: impares unio, ternarius, quinarius, ſeptenarius. Quibus ita ſumptis, ut infra poſui, exſiſtit numerus XXXVI. Nam poſita numerorum ſerie duplici, una parium, altera

atera imparium, si conjungantur superiores cum subjectis, numerus XXXVI. elicietur hoc modo.



His ergo numeris 3. 7. 11. 15. collectis ad summam is erit numerus XXXVI.

3.
7.
11.
15.
36.

Atque hoc est quod *Plutarchus* θαυμαστὸν, i. e. *admirabile* vocavit, collectio scilicet quatuor numerorum qui primi sint pares atque impares.

Hierocles autem aliter etiam ipse τετρακτὸν sive *quaternarium* exponit. Nam autore *Pythagora* in *sacro sermone* sive ἱερῷ λόγῳ, tetradem sive quaternarium esse *Deum* ipsum, μεγάλων δυνάμιν, *magnam vim*. Clarissimus *Seldenus* nullus dubitat statuere, per τετρακτὸν designari sacrosanctum Dei nomen יהוה, quod τετραγράμματον usitate dicitur. Valde interim probabile est illud non ignorasse *Pythagoram*, qui *Chaldæos* & *Hebræos* audiverit. Duabus vero de causis quaternarii nomine *Hierocles* naturam divinam posse intelligi ait. Primum quia in quaternario continetur denarius, qui numerus summa est naturæ universitatis, ut supra commemoratum est. Deinde quia quaternarius inter unionem ac septenarium interjectus est, atque utriusque facultatis particeps. Media enim obtinent quodammodo vim utriusque extremi, ut est apud

c. 1. l. 5. de Natura. *Aristot.* Medius autem sive interjectus inter unionem ac septenarium quaternarius. Nam æquali spatio utrinque distat, scilicet intervallo ternarii. De vi autem & facultate unionis ac septenarii legendus *Hicrocles.*

Lib. 3. Proclus vero in Timæum τελεσιουργὸν nomine intelligit quatuor naturas: unam proprie adspectabilem sive ὁρατὴν, sc. *æthera*: alteram ἁπτὴν sive quæ *tactu percipi possit*, nempe terram: medium autem esse τὸ διαφανὲς sive *transluccns*, idque duplex; unum terræ vicinius, sive aquam; alterum igni propius, sive aerem. Atque hanc τελεσιουργὸν a *Pythagora* intelligi constabit ex iis quæ postea dicturi sumus ad verbum φύσεως.

c. 20. adversus mathematicos. *Sextus Empiricus* tamen ut *Plutarchus*, quaternarii nomine denarium intelligit. Et *Athenagoras*; qui etiam adjungit quendam de *Pythagræ* schola, cujus nomen apud ipsum in litura est, denarii nomine intelligi velle, naturæ totius universitatem. Nam deum esse id quo numerus is superetur, qui maximo numero præcurrit. Maximus vero numerorum denarius, proximus huic novenarius, qui à denario superatur unitate. Unitas igitur Deus est. Novenarius autem est natura quæ deo paret, atque, ut inquit *M. Cicero*, *novem orbibus vel potius globis connexa est.*

In Apol.

6. de Republ.

In verbo τελεσιουργὸς. Postremo *Suidas* quemvis numerum à *Pythagoreis* τελεσιουργὸν vocari ait, quoniam denarius sit numeri perfectio. Denarii autem vis cerni possit in quaternario.

Πηγὴν. Fontem totius naturæ vocavit

Te-

τετρακτύς, quoniam τετρακτύς sive *quaternarius* ex unitate profluxit, ex quaternione denarius, qui numerus omnium rerum summa est. Sic enim *Pythagorei* in hymno quodam apud *Proclum*, ὁ πᾶς ἀριθμὸς μονάδος ἐν κόλπῳ καὶ τετρὰς ἔπλετο. *Lib. 7. in Timæum*

Τετρὰς δ' ἐπὶ ζαθέῳ, ἣ δὴ τέκε μητέρα καὶ θεὸν πάντων. *lib. 3.*

Ἄλετον, ἀκαμάτῳν, ἀενάοις κλείουσι μινυνθάδιον.

Numerus universus ex latebris unitatis prodiit.
Exstitit æternus donec quaternio, matrem
Qui genuit rerum immotam, expertemque laboris:
Quam decadem castam dicunt.——

Ergo quod in illo *Pythagoreorum* hymno dicitur tetradis filiam esse decadem, hanc vero matrem esse universitatis; idem, ut inquit *Proclus*, hoc loco intelligi debet, cum τετρακτύς sive τετρὰς dicitur πηγὴ ἀενάου φύσεως, *fons naturæ sempiternæ*. *Lib. 3.* Quid autem *Pythagorei* unitatis, quaternarii, & denarii nomine intelligi velint, supra declaratum est. Scilicet unitatem Deum esse; quaternarium ignem, terram, aerem, aquam; denarium vero naturæ totius universitatem. Unitatis nomine autem à *Pythagora* Deum intelligi docet *Justinus Martyr* in parænetico proferens verba ipsa *Pythagoræ*.

Ἀενάου. *Semper fluentis.* Nam ἄενναον est ἀεὶ νάον, i. e. *semper fluens* sive redundans. Est enim, ut inquit *Eustath.* νάειν τὸ πιπλησθαι, ὡς καὶ ἔξω ῥέειν. *Ita plenum quippiam esse* *In Odyss. 9.*

esse ut redundet. Itaque sive ad πηγῆς, id est, fontis; sive ad φύσεως, id est, naturæ nomen respiciamus, planissime convenit ὄνησις sive adjunctio verbi ἀένναω. Est enim propria naturæ quasi fontis cujusdam profluentia. Rectius autem ἀένναω quam ut est in aliis libris αἰένναω. Nam apud *Plutarchum*, & alios à quibus hic versiculus citatur, est ἀέναος, sed imperiti scripserunt αἰέναω, nempe ut fulcirent versum.

c.3.l.1. de Philosoph. decretis.

Φύσεως. Concinnius fortasse Ionice φύσιος. Verum hoc quidem parvi momenti est: illud gravius quod *Plutarchus* in Philosophorum decretis aliter hunc versum citavit.

c.3.l.1.

Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσι.

Naturæ fontem æternæ, radicibus aptum.

Ῥιζώματα vero intelligit quatuor naturas, *æthereni, terram, aerem, ignem.* Ut *Empedoclis* carmine intelligi potest, qui apud *Plutarchum* enumeraturus quatuor fluentium rerum principia, sic exorsus est;

Loco citato.

Τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε.

Naturæ primum radices quatuor audi.

Deinde subjungit, *Jovem, Junonem, Orcum, & uterum.* Jovis ut inquit *Plutarchus* nomen usurpans pro æthere, Junonis pro aere, Orci pro terra, uteri pro aqua.

Ergo discipulus aliquis *Pythagoræ* qui carmen hoc edidit, versiculos illos præceptoris sui truncatos, ut videtur, ad institutum suum deflexit.

Iliad.19.

Τελέσσω. Nam ut *Homeri* proverbium habet,

—θεὸς

——Θεὸς δὲ πάντα τελευτᾷ. De quo *Eustath.*

——*Deus omnia perficit.*——

Σύστασιν. Σωτάξιν τοῦ ὅλου, ut exposuit *Hierocles*: h. e. *constitutionem totius naturæ universitatis.* Sic *Plato* in Timæo dixit Σύστασιν κόσμου. Et autor libri de mundo ad *Alexandr.* κόσμος ὅτι Σύστημα, &c. ἄθροισμα, Συναγερμὸς, Σύστασις *Julio Polluci* synonyma.

Pollicetur itaque *Pythagoras* fore ut his præceptis parentes, totius naturæ, i. e. rerum divinarum ac humanarum scientiam adipiscantur.

Ἥ τε ἕκαστα διέρχεται. *Quatenus quicque progreditur.* Quam late pateat cujusque rei vis ac natura; ut hominis naturam patere latius quam stirpis aut pecudis, sive hominem præcellentiorem esse rebus iis quæ carent ratione.

Ἥ τε κρατεῖται. *Quatenus quicque coercetur ac superatur.* Sive quanto cujusque rei natura minus late fusa sit quam alterius. Ut natura Deorum superat humanam; ac in ipso deorum genere tres illi sunt gradus, de quibus initio commemoratum est, nempe cœlestium, heroum, ac terrestrium, sive dæmonum. Itaque his verbis διέρχεσθαι & κρατεῖσθαι, exprimitur universæ naturæ quasi descriptio sursum ac deorsum. Nimirum διέρχεσθαι sive progredi & pervenire sursum, ut à mistis naturis sive imperfectis, ad stirpes; à stirpibus, ad pecudes; à pecudum genere, ad homines; ab hominibus, ad heroes; ab heroibus, ad superos

peros sive cœlestes. Retro vero contraque κρατεῖσθαι sive superari deorsum, à cœlestibus, heroum genus; ab heroibus, homines; ab hominibus, pecudes; à pecudum genere, stirpes; à stirpibus, imperfecta.

In Pythagora.

Φύσιν πᾶσαν ὁμοίαν. *Naturam ex omni parte sui similem esse.* Sive naturæ partes omnes rata quadam portione contineri. Hoc autem *Pythagoræ* decretum est apud *Lertium*, scilicet καθ' ἁρμονίαν συνέχεσθαί τὰ ὅλα, id est, *Omnem naturam harmonia, sive rata portione cohærere.* Nam & imperfectæ naturæ, stirpium; & stirpes, pecudum; & pecudes, hominum; & homines, heroum; & heroes cœlitum societate quadam, & quasi agnatione tenentur. Itaque φύσιν ὁμοίαν dixit pro ἀναλογίαν, ut *M. Cicero* eam quæ Græce ἀναλογία dicitur Latine convertit *similitudinem*, *cum translationem optimum esse ait similitudinis*, h. e. analogiæ.

Lib. 3. de orat. & in orat. perf. & Top. ad Trebat.

Ἡ δίκη ἐστὶ θεσμῷ sive νόμῳ δημιουργὲ, *juxta legem dei supremi.* De qua principio dictum est —νόμῳ ὡς δίκην.

—*Ordine legis.*

Ὥστε σκοπεῖ. Nam qui res omnes conditione ac lege naturæ metitur, is neque inani spe ducitur, neque rerum ignoratione fallitur. Verbi causa, non sperat se cum sit homo, deum fieri posse, aut alis sublevari in cœlum, quia intelligit neutrum fieri posse: neque inscientia & ignoratione obcæcatus falsa pro veris, vitia pro virtutibus, quasi *Ixion* aliquis nubem pro *Junone*, amplexatur.

Ἀελπῆ

Ἀελπὶ' ἐλκάζειν. Gratia quæsita ex contrario & similitudine soni. *Non sperata sperare.* Sic Horat. *Immortalia ne speres* &c. *Ode 7. lib. 4.*

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους. Profert hunc locum Chrysippus apud Agellium, & legit γνώσῃ. *c. 2. l. 6.*

Αὐδαίρετα πήματα. Ἐπαπειλὰ κακὰ ut loquitur *Homerus* agens de *Iro*. Sic νόσους αὐδαιρέτους dixit *Euripides* in Bellerophonte apud *Stobæum*, & *Menander* in Canephoro ἀπὸ χήματα αὐδαίρετα, apud *Stobæum* eundem. *Odyss. 18. Sermone 242. Sermone 254.* *Homerus* etiam ἄλγεα ὑπὲρ μόρον, i. e. *Ægritudines præter fatum.* Quibus contrariæ δαιμονίαι τύχαι, de quibus supra commemoratum est. Idem δεήλατοι συμφοραὶ apud *Euripidem*, i. e. ut *M. Cicero* convertit, *ira cœlitum invecta mala*, & νόσοι δεήλατοι apud *Sophoclem* in Phædra. *Odyss. 1. 4. Tusc.*

Ἔχοντας. *Agellius* ex *Chrysippo* legit ἑλόντας. Quæ lectio inepta est. Nam & imitatus autor hujusce carminis illud *Homericum* est, *Odyss. 1.* —ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν. Et inconcinna repetitio est, ἑλόντας αὐδαίρετα. Verbi enim ἑλεῖν vis est in nomine αὐδαίρετον. *c. 2. l. 6.*

Ἀγαθῶν. Bona intelligit virtutem ac veritatem, ut recte *Hierocles*.

Πέλας ὄντων. *Cum bona in propinquo sint.* Respicere autem videtur ad sententiam illam Philosophorum, Mala esse adventitia, bona vero nobis ingenerata esse à natura. De qua interpres *Euripidis*, οἱ φιλόσοφοι διδάσκουσι τὰ κακὰ φυσικὰ ὄντα τὰ ἀγαθά. *Et polytum. Philosophi mala doceri posse aiunt, bona vero insita esse à natura.* Et Joannes Tzetzes, πάντα *In Hesiod.*

ἀγαθὰ σύμφυτα τοῖς ἀνθρώποις· ὀλίγα δὲ τὰ φαῦλα. *Bona omnia nobis ingenerata esse: mala vero esse adventitia.* Eaque de re *M. Cicero*, cujus etiam illud est in Dialogo de Partitionibus Orat. *Est genus hominum ad honestatem natum*, &c.

Proœmio 3. Tusc. & l. 1. de Legib.

Οὐκ ἐσορῶσι. Ἐσορᾶν, hoc est, videre, ad inventionem refert; κλύειν vero sive *audire*, ad perceptionem rerum earum quas dixerint alii. Declarat enim quosdam esse tam ab omni laude & honestate aversos, ut neque ipsi per se bona dispicere possint, neque aliorum præcepta intelligere curent, aut servare. Quos *Hesiodus* Poeta vocavit ἀχρεῖους sive *inutiles*. Et *Minucius* apud *Livium*, *Qui*, inquit, *nec ipse consulere nec alii parere scit, extremi ingenii est.*

Lib. 1. Lib. 32.

Οὔτε κλύουσι. Sic de multitude imperitorum *Sappho* apud *Athenæum*.

Lib. 10.

Ὁ δῆμος οὐδὲν ἔστ' ἀκούων, οὐδ' ὁρῶν.
Vulgus nihil quicquam videns neque audiens.

Λύσιν δὲ κακῶν. *Solutionem sive liberationem à malis*, intelligit commentationem mortis, sive mortem Philosophicam, qua, ut *M. Cicero*, inquit, *secernimus à corpore animum.* Sic *Plato* ejusmodi mortem vocavit λύσιν καὶ χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, *Solutionem sejunctionemque animi à corpore.* Item κάθαρσιν sive expiationem. Legendus *M. Cicero*, &

1. Tusc. In Phædone. 1. Tusc. Epist. 81. *Seneca.*

Παῦροι. *Pauci* eam solutionem sive id mortis genus intelligunt, quippe Philoso-

phi

phi tantum sive sapientes. Imperiti vero mortem vocant eam qua corpus interit, quam Philosophi contra viam vocarunt ad vitam. Itaque *Porphyrius* apud *Stobæum* mortem illam priorem Θάνατον τῶν φιλοσόφων vocavit, sive *mortem Philosophorum*: posteriorem autem sive naturalem vocavit Ζωὴν γνωσμένην, i.e. *cognitam*, scilicet vulgo. Quare cum sapientes pauci sint, sapientibus vero solis ea mors cognita sit, quam *Plato* μελέτημα τῶν φιλοσόφων, i. e. *commentationem Philosophorum*, Pythagoras λύσιν κακῶν, i.e. *malorum solutionem* vocavit, merito pauci hoc genus mortis intelligere dicuntur. *Sermone 272.* *In Phædone.*

Τοίη μοῖρα. *Tale fatum*, scilicet ultro accersitum sive αὐθαίρετον. Nam per acclamationem vituperat illos qui cum scelerate atque impie fecerint, Deum autorem fuisse aiunt. ut ille apud *Terentium* virgine stuprata nequissimus adolescentulus, *Quid si*, inquit, *hoc Deus quispiam voluit?* Et ille apud *Plautum* ignipes, in re simili, *Deus*, inquit, *impulsor fuit*. Quare *Jupiter Homericus* conqueritur se ab hominibus accusari quasi omnibus eos malis oneret, cum ipsi molestiis ac miseriis sese implicent. Ubi legend. *Eustath.* *In Eunucho.* *In Aulularia.* *Odyss. 1.*

Οἱ δὲ κυλίνδροις. Hinc *Chrysippi* comparatio sumpta esse videtur de *Cylindro*, in disputatione de Fato, apud *Ciceronem* & *Agellium*. Sed *Alexander* Aphrodisiensis in libro de Fato comparationem illam ut absurdam reprehendit. *Lib. de Fato in extremo. c. 2. lib. 6.*

Cylindri autem videntur intelligi posse rerum

rum viciſſitudines; ſimiles volutationibus *Cylindri.* Quas viciſſitudines Poetæ vocarunt *rotam fortunæ.* Eas vero mutationes *Pythagoras* exſiſtere ait errore hominum imperitorum, cum ſapientes talium volutationum ſint expertes. quo ſenſu ipſe ſupra.

Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς, &c. Sed omnino volutationes potius intelligendæ animorum in alia atque alia corpora migrationes, quouſque ab omni contagione corporis expiatæ ſint.

Quo ſenſu in extremo hujuſce carminis adjungit,

Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα. κυλίνδεσυς itaq; intelligit, quem κύκλον ἀνάγκης vocatum a *Pythagora* inquit *Laertius.* Virgilius *temporis orbem* lib. 6. Æneid. Item *Rotam— ubi mille rotam voluere per annos,* &c. *Si tandem ſolutus ab omni corpore in cœlum pervenerit* &c. Itaque ne *Hierocles* quidem ſatis plane, qui κυλίνδεσις, κλαγγάς, περίξεσιν, id eſt, actionibus à cœlo avertentibus, expoſuit.

Lib. de Fato & 2. de nat. Deor.

Cylindri vero nomen etiam uſurpavit *Cicero,* inopia ſcilicet verbi Latini. Et *Virgilius* lib. 1. Georg. ubi de *Cylindro Servius.*

Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα. *In aliud atque aliud corpus.* Sic *Laertius,* πρῶτόν τέ φασι Πυθαγόραν φυῆναι τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείψασαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις. *Primum ferunt Pythagoram fuiſſe qui diceret animum obire neceſſitatis orbem, & in alia atque alia corpora migrare.*

Ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες. Ἀπείρονα, ἀνὰ πέρατος. Mala quæ nunquam finiuntur, quia

qui scilicet λύσιν κακῶν. i. e. *malorum solutionem* nesciunt. Nam ii quibus solutio illa cognita est, nempe sapientes, non perpetiuntur mala sempiterna, sed in æthera purum è corporibus emigrant. Qua de re infra, ἣν δ' ἀπολείψας σῶμα——.

Λυγὴ δ' ἔρις. Contentio rationis & appetitus. De qua *Empedocles* apud *Hieroclem* agens de homine, inquit,

——φυγὰς ἐξόδιον ἀλήτης
Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος——
——*patria cœlesti pulsus, & erro,*
Quo furiosa rapit contentio, fertur——

Quem locum etiam citavit *Plotinus.* c. 1. l. 8. *Enneadis* 4.

Σύμφυτος. Contentio enim illa penitus insita est animis à natura. Ut sentit *Pythagoras* & *Plato.* Legendus *Plotinus*, & *Virgil. lib.* 8. *Æneid.* Sed utrum ex animo an corpore lis ea nascatur, quæstio est. profani ex corpore putant; Christiani ex animo eam exsistere. Legendus D. *Augustinus.* c. 3. *lib.* 14. *de civit. Dei.*

Βλάπτουσα λέληθε. Λελησότως βλάπτει. *Latenter nocet.* Namque insscientibus nobis quasi obrepunt perturbationes.

Εἴκοντά γ' φεύγειν. Fugiendam esse contentionem illam cedendo, scilicet rationi. *Ita ut ratio præsit, appetitus obtemperet,* ut est apud *Ciceron.* Excitat vero sive προσάγει pugnam illam titillatio sensuum. Qualis *Tiberii* perversitas, qui *excitare solitus libidines jacentes.* *lib.* 1 *de Offic.* *Sueton. in Tiberio.*

Ζεῦ πάτερ ἢ πολλῶν γε. Legendum esse videtur Ζεῦ πάτερ ἦ πολλῶν γε. Sententia

enim est, *Jupiter pater, sane multis malis homines liberaris, si planum eis feceris quali dæmone utantur.* Atque ita legisse *Hieroclem* ex interpretatioee ejus facile intelligitur. Itaque & in sequente versu legendum esset εἰ πᾶσιν.——

Οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται. Οἵᾳ ψυχῇ *quali mente sive animo*, ut recte *Hierocles*. Sententia vero est, Omnes fore beatos si mentem suam sive animum, i. e. seipsos noverint. Mentem vero dæmonem, sive genium appellari à Philosophis, intelligimus ex *Aristotele*. καθάπερ, inquit, Ξενοκράτης φησὶν, εὐδαίμονα εἶναι τὸν ἔχοντα σπουδαίαν ταύτην δὲ ἑκάστῳ εἶναι δαίμονα. h. e. *Quemadmodum Xenocrates ait, εὐδαίμονα esse illum cui mens bona sit. Hanc enim esse cuique dæmonem.* Quorespexit *Apuleius*, *Nonnulli*, inquiens, *arbitrantur* εὐδαίμονας *dici beatos, quorum dæmon bonus est, id est, animus virtute perfectus est, quem possis Genium vocare.* Sic apud Stobæum, Οἰνοπίδης ἔφη τὸν νοῦν παρεῖπον δαίμονα τοῖς μὲν πεπαιδευμένοις ἀγαθῶν· τοῖς δὲ ἀπαιδεύτοις, κακῶν. *Oenopides dicere solebat mentem genium esse, omnibus quidem doctrina liberaliter informatis felicitatis causam; aversis autem à doctrina, infelicitatis.* Neque dissimile illud *Heraclitι* apud *Stobæum*. Ἡράκλειτος ἔφη, ὡς ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. *Heraclitus dicere solitus erat, suos cuique mores genium esse.*

c. 3. lib. 2. Top.

Sermone 210.

Sermone 250.

In Alcibiade 1. lib. 4. de vita Soc. T. Tusc.

Jam vero nosse mentem suam idem esse quod *Apollinis* præcepto imperatur, nempe ut nos ipsi norimus, docet *Plato*, *Xenophon*, & *M. Cicero*.

Αλλὰ

Ἀλλὰ σὺ θάρσει. *Tu vero fac habeas fortem animum.* Tametsi enim est perdifficilis animi sui notitia, tamen quia deorum quasi gente & agnatione homines tenentur, natura eos divina quasi manu ad notitiam sui perducit. Animi vero sui notitiam perarduum quiddam esse docet *Plato*, ubi *seipsum nosse*, fatetur esse παγχάλεπον, i. e. *perdifficile*. *Alcibia. de 1.*

Θεῖον γάρ ἐστι βροτοῖσιν. Quod *Pythagoræ* decretum est apud *Laertium*, Ἀνθρώπων ἐστὶ πρὸς θεὸς συγγένειαν. i. e. ut *M. Cicero* loquitur, *Homines Deorum agnatione ac gente teneri.* Idcirco *Philo* homines esse ait, μίμημα καὶ θεοῦ ἀπεικόνισμα, *imago* sive *effigies Dei.* Plato φυτὸν ἐράνιον, *plantam cœlestem.* Horat. *Divinæ particulam auræ.* *Lib. 1. de legib.*

Ἱερὰ φύσις. Τὸ θεῖον sive θεὸς, à quo laudandarum rerum omnis scientia fluit. *Philo*: νοῦς καὶ λόγος, *mens & ratio*, scil. τὸ τῆς ψυχῆς ἄριστον εἶδος, *id quod in anima præstantissimum est*: cujus filiæ ἐπιστῆμαι καὶ ἀρεταὶ, *scientiæ & virtutes.* *Hierocles* tamen ἱερὰν φύσιν *Philosophiam sive sapientiam* voluit intelligi. Verum ipse paulo post à se dissentiens nobiscum facit. Aliorum autem errata persequi piget,

Ἕκαστα. τὰ δέοντα, ut recte *Hierocles*! *Omnes officii numeros, aut omnia quæ necessaria sunt ad animi sui notitiam.*

Ὧν εἰ ζοι τι μέτεστι. Quorum si ullo modo es particeps. Rerum scilicet earum quas natura divina sive Deus mentibus humanis inserit. Hoc est, nisi plane bona ante pe-

des posita neque cernere neque audire velis.

Κρατήσεις ὧν σε κελδίω ἐξανέσας. *Compos fies voti, morbis animi, ut impero, sanatis.* Nam mihi interpungendum videtur post verbum κρατήσεις. Ut præcise dictum sit κρατεῖν pro voti sui compotem fieri, ut Latine, vincere. Quanquam *Hierocles* paulo aliter declaravit; nempe, *Quarum rerum si fueris particeps, id ita demum ostendes sive probabis, si rebus honestis & scientiis deditus fueris, quæ sola medicina sive curatio est animi*, &c.

Πόνων ἀπὸ σῶμα. Τῶν τοῦδε πόνων. A contagione corporis, ut recte *Hierocles*.

Ἀλλ' ἔρχε. Ut corpus imperio rationis facilius obtemperet, à certo inquit ciborum genere abstinendum esse.

Βρωτῶν. Ut gallo candido, vulva, capite, morticinis, piscibus, urticis, triglis, ovis, oviparis, cibis de mensa lapsis, piscibus sacris, & si quæ similia sunt: potissimum autem ab erythrino sive rubellione pisce, corde, fabis, & eo genere animalium cui nigra cauda est. *Lertius, Suidas, Hierocles, Agellius.*

In Pythag.

Ὧν εἰπομεν. *Diximus.* Non hoc quidem carmine, sed in apophthegmatis sacris. Sic enim *Hierocles*, Τὰ δ' ὅπη μέρος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀποφθέγμασιν, ἐν ἀπορρήτῳ παρεδίδοντο. *De cibis vero speciatim ea in apophthegmatis sacris tradita sunt, quæ in vulgus edere non licet.*

Noct. Attic. c. 11. lib. 4.

Ἐν τε καθαρμοῖς. De quibus *Pythagoræ* decretum est apud *Laertium*, πλὴ δὲ ἀγνείαν εἴ δὲ καθαρμοῖς, ἢ λέπτων περιστερεῶν. καὶ δὲ

In Pythag.

δὲ τοῦτα αὐτὸν καθαρδίειν ἀπό τε κήδους, καὶ λέχους, καὶ μιάσματος παντός. h. e. *Castitatem vero positam esse in expiationibus & adspersionibus aquæ. Isque modis corpus à luctu, à venere, ac labe omni purgandum esse.*

Ἐν τε λύσει ψυχῆς. Solutione animi, sive commentatione mortis. Quanquam *Hierocles* intelligit sapientiam, quæ dicitur à *Pythagora* & *Platone* Dialectica.

Κείνων. In editionibus plerisque, ut Venetis, κρίνον. Utraque lectione idem efficitur. Nempe & in expiationibus corporis & in solutione animi debere judicari cibos, sive delectum adhiberi ciborum, ne iis cibis utamur qui utrique rei adferre possint moram & impedimentum. Alia tamen *Hierocles*, quæ legere licebit cupientibus ad *Pythagoræ* normam philosophari.

Ἡνίοχον. Sic *Plato* rationem aurigæ comparavit, perturbationes equis. *In Phædro.*

Γνώμῃ ἀείσῃ. *Rationem æquissimam*, ut apud *Aristotelem* γνώμῃ τῇ ἀείσῃ. *c. 13. l. 1. de Arte dic.*

Αἰθέρ' ἐλαφρόν. Aërem liberum sive purum: cui oppositus aer qui est terræ proximus, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quem *crassum & concretum* (*Cic.* vocavit, *Tusc. l. 1.* eumque animis, cum è corporis domicilio emigrarint, *perrumpendum ac dividendum* esse ait. Attingitur autem hoc in loco *Pythagoræ* decretum quod commemoravit *Plutarchus*, ἵν' *c. 7. l. 4. de philos. decretis.* ψυχὴ ἐξιοῦσαν εἰς τὸν τῆς παντὸς ἀναχωρεῖν, ὡς τὸ ὁμογνώς. *Animum postquam è domicilio corporis migrarit, in naturæ universitatis ani-*

animam remeare, in aerem sibi cognatum & affinem.

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα. *Si omni contagione corporis liberatus.* absoluta migratione de corpore in corpus, aut post λύσιν sive animi *solutionem* à corpore.

Ἔλθῃς. Similitudo soni quæsita ἐλθεῖν ἔλθῃς. Nam ἐλθεῖν πρὸς τὸ ἐλθεῖν. Lege *Suidam.*

Ἔσται ἀθάνατος. Non jam sæpius migrans de corpore in corpus, expersque interitus, deorum vitam deges in æthere sive Elysio.

Θεὸς ἄμβροτος. Imitatus *Pythagoræ* discipulus *Empedocles.*

Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος· οὐκ ἔτι θνητὸς
Πωλεύμαι——*Laertius,*

In Pythagora. *Non ego mortalis nunc sed Deus ibo.*

Valete.

FINIS.

FRIDERICI SYLBURGII IN PYTHAG. AUREA CARMINA NOTÆ.

Suidas cum scribit quosdam *Pythagoræ* præter tres genuinos libros, nempe παιδευτικὸν, πολιτικὸν, & φυσικὸν, adscribere etiam τὰ χρυσᾶ ἔπη, significat plures fuisse qui *Pythagoram* pro versuum istorum autore non habuerint. Quorum sententiæ patrocinari videatur quod *Diogenes Laertius* in vita *Pythagoræ* nullam hujus poematis mentionem facit. & cum *Pythagoras* fere *Dorico* idiomate in suis scriptis usus sit, in hoc poematio duo tantum versus (47. & 48.) Dorismum, cæteri majori ex parte Ionismum habent; & philosophi hujus sublimitatem minus adæquant. Cum igitur, eodem *Laertio* teste, *Lysis*, *Hippasus*, *Asto*, quædam à se scripta, sub *Pythagoræ* nomine in lucem ediderint, suspicio est hæc quoque magis à discipulis *Pythagoræ*, quam ab ipso *Pythagora* esse conscripta: eo nempe modo quo *Socratis* ἀπομνημονεύματα à *Platone* & *Xenophonte* literis sunt mandata. *Chrysipp.* sane apud *Gellium* l. 6.

cap. 2. hunc versum, Γνόσῃ δ' ἀνθρώπους αἰδοίεσσα πάμπαν ἔχουσαν, qui 54. est in hoc opusculo, *Pythagoreis* tribuit, non *Pythagoræ*: ubi etiam similitudo quæ de cylindro paulo post hunc versum sequitur, luculentius exponitur. Quia tamen idem *Suidas* cum *Laertio* tradit *Pythagoram* subinde discipulis suis præcepisse, ut domum è publico regressi, secum ipsi ruminarent, Πῇ παρέβλω; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; qui hujus poematis versus est 42. in eam sententiam adducuntur alii, ut cæteros quoque hujus Aurei carminis versus *Pythagoræ* esse credant; præsertim cum à *Stobæo* & aliis multis *Pythagoræ* adscribantur. Is certe cujus poema est *De viro bono*, sive *Virgilius* est, sive alius potius, *Pythagoræ* locum eum quem vertit, adscribere videtur. Utut sit, sive à *Pythagora*, sive à discipulis ejus conscripti sunt hi versus, pleraque omnia *Pythagoricæ* disciplinæ præcepta continent: & quæ *Lacrtius Pythagoræ* præcepta tribuit, maxima ex parte hic quoque verbis non multum discrepantibus leguntur; ut ex collatione cuique perspicere licet. Quam utilia vero sint hæc ἔπη, (sive *dicta*, sive κατ' ἐξοχὴν *hexametros versus* eo nomine accipere libet) satis declarat epitheton χρυσᾶ: ut auro ipso pretiosiora præcepta iis contineri lectores intelligant: quæ majori ex parte talia certe sunt, ut cum Christianæ doctrinæ præceptis non male consonent. Sed ut quod præcipue mihi propositum hic est persequar, diversam exemplarium scripturam;

Vers. 1.

Vers. 1. quidam libri habent ἄδηι, imperſonaliter nempe pro *diſpoſitum eſt.*

Vers. 9. quidam lib. χερσὶν δ' ἐιδίζεο: magis poetice. ut mox v. 35.

Vers. 12. *Stob.* μήτ' αὐτὸς πάντ. *Auſonius* eum verſum ita extulit, *Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.*

Vers. 13. *Stob.* ἄσχει, imperativo modo.

Vers. 24. quidam lib. πρᾴως ἔχ'. h. e. *leniter cede.* & mox ἐπὶ πᾶσι, *in omnibus.*

Vers. 40. locum hunc expreſſit autor *Virî boni* hoc diſticho, *Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum, Omnia quam longi reputaverit acta dici.* Sequentia quoque idem poeta Latinus ſic reddidit; *Quæ prætergreſſus? quid geſtum in tempore, quid non? Quid mihi præteritum? Sic dicta & facta per omnia Ingrediens, ortoque à veſpere cuncta revolvens, Offenſus pravis, dat palmam & præmia rectis.* Eodem reſpexit *Ciceronis Cato* major, cum inquit, *Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, & egerim, commemoro veſperi.*

Vers. 42. *Suid.* ποῖ παρέλθω, i. e. *ubi*, ſeu *quo?*

Vers. 47. Nota Doriſmum in ſolis hiſce verſibus; cum reliqui omnes Ioniſmum habeant. Sed Ionica etiam dialecto uſum eſſe *Pythagoram*, non tantum Dorica, inter cætera declarat apud *Laertium Pythagoræ* ad Anaximenem epiſtola Ionico idiomate ſcripta. De quaternario autem numero viſe *Macrob.* in Somn. Scip. lib. 1. cap. 6.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΣΤΕΙΑ.

HIEROCLIS

PHILOSOPHI

FACETIÆ;

De priſcorum ſtudioſorum dictis & factis ridiculis.

Una cum aliquibus in eaſdem Annotationibus.

LONDINI,
Ex Officina JOHANNIS REDMAYNE.
MDCLXXIII.

Vulgaris est opinio, & quæ plerosque omnes indoctos præcepit, eos qui in aulas magnatum aut scholas amandantur magistrorum, non modo doctiores, sed moratiores inde revenire civilioresque. Equidem de aulis nullus inficior, optimas esse officinas, ubi adolescentum expoliantur mores, urbana indatur astutia, ac in ipsa humana conversatione amabilitas. Sunt nimirum Aulici, si quod hominum genus, ut Ammonius *loquitur,* χαείεντες καὶ ἐπιδέξιοι ἐν τῇ πολιτικῇ ὁμιλίᾳ: *abesset tantum nuda illa simulatio, &* Spartana *mentiendi ac fallendi promptitudo. Contra ea Scholastici homines sunt simplicissimi & falsare nescii; in mortalium cœtu inepti, inficeti, insulsi, stupidi, inertes, denique ad omne opus aggrediendum inhabiles. quos ubi videris in congressu, risum vix est ut comprimas, ita salutati tergiversantur respondere, cum animo suo (opinor) prius disputantes, manus porrigenda sit an attrahenda, pes dexter an sinister flectendus, an uterque simul, quod in rusticis observamus. Hic aliis confabulantibus veluti truncus adstat, ore hiante picturas alianve rem objectam cum stupore contemplatur: alter, nemine advertente clam sese subducit, &, ut est apud* Horatium, *statua taciturnior exit: alius in mensa tanquam absens adsidet, profunde cogitabundus quasi enthusiasta quidam (phantasta certius verius dixerim) in sublime cœlum raptus, nihil eorum*

rum quæ aguntur vel dicuntur pensi habens. unde cum ordo eum tangit vel sors, vel si obiter rogetur, fere οὐδὲν πρὸς λόγον, *tantum abest ut ad aliorum qua gestuum qua morum formulam sese componere periclitetur.* Ideo adolescentulos *optimus vitæ humanæ Arbiter* existimavit in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex iis quæ in usu habemus vel audiunt vel vident. *Et quidem apud* Athenæum, Philosophi, *ait,*

Sermone solo sunt sapientes; cæteris
In rebus esse novi ego stultissimos.

Quod de illis dictum arbitror, quibus anima non est pro sale. quippe reliqui ne ipso quidem sermone. Exempla suggerit elegans iste libellus, quo Hierocles *sive* Pythagoricus *ille fuerit, seu alius quispiam,* χαρακτῆρες *expressit* ἀναιδοῦς γλαφυρᾶς. *Eum nuper, cum otium esset, & animum oblectandi sicut in ludum mitterem, ex vet. lib. descripsi, transtuli, operaque tralaticia in usum tuum, Lector, castigavi, ut in eadem otii circumfluentia esset unde tibi faceres volupe. Vale, & quam rem gerant Scholastici ante-veteres & nunc-novi, pariter cogita.* Myrtilleti KAL. MART.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΑΣΤΕΙΑ.

I.

Σχολαστικὸς κολυμβᾷν βυλόμενος παρὰ μικρὸν ἐπνίγη. ὠμοσεν οὖν μὴ ἅψασθαι ὕδατος, ἐὰν μὴ πρῶτον μάθῃ κολυμβᾷν.

II.

